nequiuit. De talibus enĩ ait: Propheta. Percuſſiſti eos et
non doluerũt. attriuiſti eos et renuerunt ſuſcipe diſciplinã.
Non nulli viri ſeculares elatione mẽtis tumẽtes poſt modũ
cõuerſi ad deũ religioſa ſequunt᷑ obediẽtia xp̄m. et qui antea
celſitudine mũdiali tumebãt. poſtea ipſam elationẽ in ſtudio
humilitatꝫ cõmutant. Quidã ſtꝫ qui iam ſecrete cõuerſi ſtꝫ.
quoꝝ cõuerſio qꝛ non ꝓcedit ad publicũ. apud exiſtimatio
nẽ humanam quales fuerũt tales adhuc eſſe putant᷑. iam tñ
in dei oculis ſurrexerũt. Jtem quidã adhuc humano iudi
cio ſtare cernuntur. iam tñ in oculis dei ceciderunt. Multi
apud hoies reprobi ſunt. et apud deũ electi. atqꝫ item multi
apud hoies electi putant᷑. et apud deũ reprobi exiſtũt: Sa
lomone dicente: Uidi inquit impios ſepultos qui cum ad
huc viuerent in loco ſancto erant. et laudabantur in ciuita
te quaſi iuſtorum operum. Nullus ergo ſe putet electum ne
forte iam apud deum ſit reprobus.

## De primordijs Conuerſoꝝ

Capitulum viij.

PRimodum genus eſt cõuerſionis ad deũ. inchoatio
nis cum dulcedine. medietatis cum labore. pfectio
nis cũ requie. Sed tamẽ plerũqꝫ alij incipiũt a dul
cedine. alij a tentationũ amaritudine. Omnis cõuerſus ante
ex fletu inchoet peccatoꝝ. et ſic trãſeat ad deſideriũ ſupnoꝝ.
Prius enĩ lacrimis purganda ſtꝫ vicia que geſſimus: et tũc
mũdata mẽtis acie id qđ querimus mentis gaudio cõtem

plemur vt dum antea flendo peccati a nobis caligo detergi
tur: mūdatis cordis oculis libere ſupna inſpiciant. Ante ne
ceſſe eſt timore cōuerti ad deū. vt metu futuraꝝ penaꝝ car
nales illecebre deuincantur. Deinde oportet abiecto timore
ad amorē vite eterne trāſire. Perfecta em̄ caritas foras mit
tit timorē. qui aūt timet penā habet et nō eſt pfectus. Unde
et Apoſtolus: non em̄ inquit accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
iteꝝ in timore. ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis. p quē ſcʒ
iam nō peccati pena ſeruos comprimit. ſed amor iuſticie li
beros reddit. Neceſſe eſt omni cōuerſo vt poſt timorē cōſur
gere ad caritatem dei debeat quaſi filius ne ſemp ſub timore
iaceat quaſi ſeruus. Tunc em̄ amorem noſtre cōuerſionis
oſtendimus. ſi denuo vt patrem diligimus quē prius ſeruili
mente vere vt dominum formidabamus. Primordia con
uerſorum blandis refouenda ſunt modis. ne ſi ab aſperita
te incipiant. exterriti ad priores lapſus recurrant. Qui em̄
cōuerſum ſine leuitate erudit. exaſperare pocius q̄ꝫ corrige
re nouit. Cōuerſus quiſqꝫ antea ab opere corrigendus eſt.
poſtea vero a cogitatione. vt prius refrenet prauū actum. de
inde appetitum ac delictum. vt quod iam in opere non ap
paret. in cogitatione nequaq̄ꝫ pduret. Omnis noua cōuer
ſio adhuc priſtine vite habet cōmixtionem. ppterea nequaq̄ꝫ
ea virtus procedere ad hominum oculos debet. donec con
uerſatio vetus funditus ab animo extirpetur. Quiſquis ex
deteriore iam melior eſſe cepit. caueat de acceptis extolli vir
tutibus. ne grauius p vanam gloriam corruat q̄ꝫ prius cū
per lapſum vicioꝝ iacebat.

# De cōflictu conuerſorum.

Capitulum ix.

Quiſqꝫ cōuerſus ſi mox omnes carnis ſtimulos cal
care cupiat. et ſumma virtutū ſubire cōtendat. ſi ad
buc forte aliq̄ aduerſa de carnis moleſtijs tolerat.
non frangatur. quia diſpenſator bonorum nouit aduerſita
tes reprimere viciorum ſucceſſione virtutum. Tunc magis

grauari ſe quiſqꝫ impulſu vicioꝝ agnoſcit dū ad cognitionē
dei acceſſerit. ſicut populus iſrahel grauiori onere ab egyp
tijs premit̃. dū per Moyſen diuina illi cognitio aꝑitur.
Uitia eñ ante cōuerſionē quaſi pacē in hoīe hñt. quādo aūt
expelluntur. acriori virtute cōſurgūt. Fiūt aūt inimica cōuerſo
q̄ peccatori proſpere blandiebant̃ atqꝫ itē fiūt blanda cōuer
ſo que peccatori aduerſa extiterūt. Multos hꝫ cōflictus dei
ſeruus ex recordatiōe opeꝝ p̄teritoꝝ. multiqꝫ poſt cōuerſio
nē etiā nolentes motū libidinis ſuſtinēt. Quod tñ ad dam
nationē non tolerāt ſꝫ ad ꝓbationē. ſcꝫ vt ſꝑ habeant ꝓ excu
tienda inercia hoſtē cui reſiſtant dummō nō cōſentiāt. Uñ
et nouerint ſerui dei ſe etiā a peccatis iam eſſe mundatos. ſꝫ
tñ cogitationum turpiū adhuc interpellatione pulſari. Añ
cōuerſionem precedit turba peccatoꝝ. poſt cōuerſionē ſequi
tur turba tentationū. Jlla ſe obiciūt ne ad deū cōuertamur.
iſta ſe ingerūt ne liberius cordis oculis deū cernamus. Utri
uſqꝫ tumultus inſolentiā nobis gignit. intentionēqꝫ noſtrā
ſepe fraude multimoda intercludit. Utile ē dei ſeruo poſt cō
uerſionē tentari. quatenus a tpe negligentie ſollicitātibus vi
cijs ad virtutes animū per exercitium preparet meritoꝝ.

# De remiſſa conuerſione.

Capitulum x.

Multos remiſſa cōuerſio in priſtinos errores redu
cit. ac viuendi tepore reſoluit. Horū ergo exempla
quiſqꝫ cōuerſus euita. ne dum timorē dei a tepore
incipis. rurſus mūdanis erroribus immergaris. Tepidus
in cōuerſione ocioſa ꝟba et vanas cogitationes noxias eſſe
non cōſpicit. Qꝫ ſi a torpore mentis euigilauerit. ea q̄ leuia
exiſtimabat cōfeſtim quaſi horrenda atqꝫ atrocia ꝑtimeſcit.
Fraus et deſidia in oī bono ope formidanda eſt. Fraudē fa
cimus deo. quociens de ipſius donis et muneribus gloriā
ꝓpriā et humanā laudē aꝑpetimus. et de bono ope nrō nos
metipſos non deū laudamus. Deſidiam ꝟo agimus quo
ciens ꝑ torporē languide ea que dei ſūt opamur. Omnis ars
ſeculi huius ſtrēnuos amatores habet et ad exequendum

promptiſſimos. et hoc ꝓinde fit. q2 preſentē habet opis ſui remuneratione. Ars ꝟo diuini timoris pleroſqꝫ habet ſectatores lāguidos. tepidos. pigricie inertia cōgelatos. ſꝫ hoc proinde ꝙ labor eoꝝ nō pro preſenti. ſꝫ pro futura remuneratione differt. Ideoqꝫ dū eoꝝ laborē mercedis retributio non ſtatim cōſequit. ſpe ipſi pene diſſoluta langueſcūt. Vñ et magna illoꝝ gloria predicat qui bone cōuerſionis principia augmēto ſolidiore cōſumant. atqꝫ eo ad promerendā retributionē clariores preparant. quo firmius duri itiner labores et inchoant ⁊ cōſumant. Quidā primo cōuerſionis calore ad virtutes ſeſe accingūt. accedēte ꝟo progreſſu dum immoderate terrenis rebus incūbunt. puluere infimi aꝑpetitus obſcurant. Unde et dñs de bonis ſeminibus in ſpinis iactatis dicit. Qđ aūt cecidit in ſpinis. hi ſtꝫ qui audiūt verbū dei. et a ſolicitudine ſeculi vel fallacia diuiciaꝝ ſuffocāt verbū. et ſine fructu efficiunt. Nuꝑ conuerſi nequaqꝫ debēt in curis exterioribus ꝓuehi. Nā ſi implicent. cōfeſtim quaſi plātata arbuſcula et nec dū radice prefixa cōcutiunt pariter et areſcūt. Ualet interdū cōuerſis pro aīe ſalute mutatio loci. Plerūqꝫ em̄ dum mutat locus. mutat et mentis affectus. Congruū eſt em̄ inde etiā corꝑaliter auelli vbi quiſqꝫ illecebris deſeruiuit. Nam locus vbi praue quiſqꝫ vixit. hoc in aſpectu mētis opponit. qđ ſemꝑ ibi vel cogitauit vel geſſit.

## De exemplis ſcōꝝ. Ca. xi

Ad cōuerſionē ſeu correctionē mortaliū multum proſunt exempla bonoꝝ. Mores em̄ inchoanciū non queunt ꝑficere ad bene viuendū. niſi ꝑfectoꝝ informent exemplis patꝝ. Reprobi aūt nō attendūt documēta bonoꝝ q̄ inmittent in melius. ſed ꝓponūt ſibi exēpla maloꝝ quibus ad ſuoꝝ moꝝ peruerſitatē vtant in peius. Ob hāc vtilitatē ſcribunt ſanctoꝝ ruine et reꝑationes. vt ſpē faciant ſalutis humane ne quiſqꝫ poſt lapſum penitendo deſperet veniā dū conſpicit ſcōꝝ reparationē fuiſſe etiā poſt ruinam. Sciāt flagitio dediti ad quā vtilitatē eoꝝ exēpla ꝓponant. ſcōꝝ ſcilicet vt aut ſint quos imitentur ad reparationē. aut

certe ex eoꝝ cōparatione durius de inobidientia puniant. Propterea virtutes ſcōꝝ ad exemplū noſtꝝ deus ꝓpoſuit. vt quāto de imitatione eoꝝ cōferri pñt nobis iuſticie pmia. tanto de pſeuerantia mali ſint grauiora tormēta. Si enī ad boni incitamentū diuina q̄bus ad moneremur pcepta. de eſſent. p lege nobis ſcōꝝ exempla ſufficerēt. At cōtra dū et nos deus preceptis ſuis ad moneat et vite ſcōꝝ boni opis nobis exēpla ꝓponat. nulla eſt iā de reatu excuſatio. q2 et lex dei ad aures noſtras quotidie pulſat. et factoꝝ documenta bonoꝝ cordis noſtri intima prouocant. Et ſi prauoꝝ ſepe ſecuti ſumus exēpla. cur nō imitemur ſcōꝝ digna et deo placita facta. Et ſi apti fuimus imitari iniquos in malum. cur pigri ſumus imitari iuſtos in bonū. Orādus eſt deus vt virtutes quas prepauit ſanctis ad coronā. nobis ad pfectū ſint poſite nō ad penā. Proficiēt āt ad pfectū noſtrū ſi tot exēpla voluerimus imitari virtutū. Certe ſi ea pocius aduerſati q̄ imitati fuerimus. ad dānationē noſtrā erūt qui ea legendo implere neglexerimus. Multi viā ſcōꝝ imitant. et de moribus alterius effigiē virtutis ſumūt. tanq̄ ſi imago quelibet intendat. et de eius ſimilitudine ſpecies picta formet. ſicq3 fit ad imaginē ſimilis ille q̄ ad ſimilitudinē viuit imaginis. Qui ſanctū virū imitat quaſi exēplar aliqđ intuet. ſeſeq3 in illo quaſi in ſpeculo proſpicit vt adiciat qđ deeſſe virtutis agnoſcit. Minus enī ſeipm hō ex ſemetipſo cōſiderat. ſ3 dū alteꝝ intēdit id qđ minus eſt luminis adiicit. Perfectoꝝ eſt iā viroꝝ nō quelibet ſcōꝝ imitādo. ſ3 ipam veritatē intuēdo ad cuius imaginē facti ſt. iuſticiā opari. Et hoc indicat qđ ſcribit: Faciamus hoiem ad imaginē 7 ſimilitudinē noſtrā. q2 ipſam intelligendo imitat diuinitatē ad cuius factus eſt ſimilitudinē. Iſte ergo tātus eſt. vt nō egeat hoie demōſtratore iuſticie. ſed ipſam contēplando imitet iuſticiā. Exēpla ſcōꝝ quibus edificat hō. varias faciunt. conſectari virtutes: humilitatis ex Criſto. deuotionis ex Petro. charitatis ex Iohāne. obedientie de Abrahā. patiētie de Yſaac. tolerātie de Iacob. caſtimonie de Ioſeph. māſuetudinis de Moyſe cōſtantie de Ioſue. benignitatis de Samuel. miſericordie

de Dauid. abſtinentie de Daniel. ſic et cetera facta priorum quo labore. quo moderamine. quaue intentione vel cõpunctione gerantur. vir ſanctus imitando conſiderat.

## De compunctione cordis.

Capitulum xij.

COmpunctio cordis eſt humilitas mentis cum lachrimis. exoriens de recordatiõe peccati et timore iudicij. Illa eſt cõuerſis ꝑfectior cõpunctionis affectio. que oẽs a ſe carnaliũ deſiderioꝝ affectus repellit. et intẽtionem ſuã toto mentis ſtudio in die cõtemplationem defigit. Geminã eſſe cõpunctionẽ. qua ꝓpter deũ aĩa cuiuſq; electi afficiť. id eſt. vel dũ opeꝝ ſuoꝝ mala cõſiderat. vel dũ deſiderio eterne vite ſuſpirat. Quatuor eſſe q̃litates affectionũ q̇bus mẽs iuſti tedio ſalubri cõpungiť. hoc eſt: memoria ꝑteritoꝝ facinoꝝ. recordatio futuraꝝ penaꝝ. cõſideratio ꝑegrinationis ſue in huius vite lõginquitate. deſideriũ ſuꝑne patrie: q̃tenus ad eã quãtocius valeat ꝑuenire. Quiſq; peccatoꝝ memoria cõpungiť ad lamenta. tũc dei ſe pñtia ſciat viſitari. qñ id qd̕ ſe admiſiſſe recolit. interius erubeſcit. ſuoq; iuditio penitẽdo iã punit. Nã tũc Petrus fleuit qñ in eũ xp̃s reſpexit. Unde et Pſalmus: Reſpexit inquit et cõmota eſt et contremuit terra. Greſſus dei ſunt in corde hominis interioris. quãdo bona deſideria ſurgũt vt calcenť mala. Quãdo ergo iſta in corde hoĩs fiũt. ſciendũ eſt tũc eſſe deũ ꝑ gratiã cordi humano preſentẽ. Unde ſe tũc magis hõ acuere ad cõpunctionẽ debet. quando ſentit deũ interius operantem. Quomodo mens hominis iuſti ex vera compunctione rapiatur. et qualiter infirmata reuertatur deguſtate lucis magnitudine. illũ noſſe poſſe qui iam aliquid exinde guſtauit. Sunt qui nõ ex vera cordis compunctione ſui accuſatores fiunt. ſed tñ ad hoc eſſe ſe peccatores aſſignant. vt ex ficta humilitate cõfeſſionis locum inueniant ſanctitatis.

## De cõfeſſione peccatoꝝ et penitentia.

Capitulum xiij.



557

# Liber ſecundus Iſidori.

Ex eo vnuſquiſq; iuſtus eſſe incipit. ex quo ſui accuſator extiterit. Multi aũt ecõtra ſemetipſos peccatores fatent. et tñ ſemetipſos a peccato nõ ſubtrahũt. Magna iã iuſticie ps eſt ſeipm noſſe hõ q prauus eſt. vt ex eo diuine virtute ſubdat humilius ex quo ſuã infirmitatẽ agnoſcit. Bene ſe iudicat iuſtus in hac vita. ne iudicet a deo damnatiõe ꝑpetua. Tũc aũt iudiciũ de ſe quiſq; ſumit. qñ ꝑ dignã penitentiã ſua praua facta cõdemnat. Amaritudo penitentie facit animũ et ſua facta ſubtilius diſcutere. et dona dei q̃ cõtempſit flendo cõmemorare. Nihil aũt peius q̃ culpam agnoſcere nec deflere. Duplicẽ habere debet fletũ in penitentia oĩs peccator. ſiue q2 ꝑ negligentiã bonũ nõ fecit. ſeu q2 malũ ꝑ audacẽ ꝑpetrauit. Quod enĩ oportuit non geſſit. et geſſit qđ agere non oportuit. Ille penitentiã digne agit qui reatũ ſuũ ſatiſfactione legittima plãgit. cõdemnando ſcz ac deflendo que geſſit. tãto inde plorando profuſius quanto extitit in peccato procliuius. Ille penitentiã digne agit. q̃ ſic p̃terita mala deplorat. vt futura iterũ nõ cõmittat. Nã qui plãgit peccatũ. et iterũ admittit peccatũ quaſi ſi qs lauet laterẽ crudũ. quẽ quanto magis eluerit tanto amplius lutũ facit. Quãuis quiſq; ſit peccator et impius. ſi ad penitẽtiam cõuertat. cõſequi poſſe veniã credit. Nullus enĩ de bonitate dei dubitat. ſed ſola accipientiũ prauitas cõferri ſibi indulgẽtiã abnegat. In hac vita tñ penitẽtie patet libertas. poſt mortẽ vo nullã correctionis eſſe licentiã. Unde et dñs dicit: Me oportet opari opa eius qui me miſit donec dies eſt. Uenit aũt nox qñ nemo pt opari. Hinc et Propheta: Date inquit dño deo nrõ gloriã anteq; cõtenebreſcat. id eſt anteq; mors eterna ꝑueniat. In hac vita dũ eſtis. deũ per penitentiã glorificate. Ad huc in hoc ſeculo penitentiã operantibus dei miſericordia ſubuenit. In futuro aũt iam non opamur. ſz rõnem nrõꝝ opeꝝ ponimus. Per id deteriorantur plerũq; iniqui q ꝑ patiẽtiã dei ſpaciũ accipiũt emẽdandi q2 illi mora viuẽdi nõ vtunt ad penitentiã. ſed ad peccandi vſurpant audaciã. A malo aũt in deterius vadit. qui tpus ſibi ad penitendũ indultũ ad libertatẽ praui operis vertit.

Feſtinare debet ad deũ penitẽdo vnuſquiſq; dũ p̃t.ne ſi dũ p̃t voluerit.cum tarde voluerit omnino nõ poſſit. Proinde Propheta ait: Querite dñm dũ inueniri poteſt.inuocate eum dum prope eſt. Et vbi inueniri poteſt niſi in hac vita. in qua etiã et prope eſt oĩbus inuocãtibus ſe. Nam tunc iã longe erit quando dixerit. Ite in ignẽ eternũ. Modo autẽ non videt et prope eſt.tunc videbit et prope non erit.quia et videri poterit et non poterit inueniri. Si quãdo quiſq; peccare poteſt penitet.vitamq; ſuã viuens ab omni crimine corrigit.non dubiũ q; moriens ad eternã tranſeat requiem. Qui aũt praue viuẽdo penitentiã in mortis agit periculo. ſicut eius dãnatio incerta eſt.ſic remiſſio dubia. Qui ergo cupit certus eſſe in morte de indulgentia.ſanus peniteat. ſanus perpetrata facinora defleat. Sunt qui penitẽtibus ſecuritatẽ cito pollicent.quibus bene per Prophetã dicit: Curabãt cõtritionẽ filie populi mei cũ ignominia dicẽtes ꝛ pax et non erat pax. Cum ignominia igit curat cõtritionẽ. qui peccanti et non legittime penitenti promittit ſecuritatẽ. Unde et ſequitur: Cõfuſi ſt; quia ab hominationẽ fecerũt. id eſt cõfuſi ſt; non penitẽdo.ſed penas luendo. Aliter eñ cõfundit coram iudice reus dũ plectitur.atq; aliter qui de malo ope erubeſcẽs corrigit. Ille eñ q; reprehenſus eſt cõfundit.iſte q; ſe malũ feciſſe memorat. Quãuis ꝑ penitentiã ꝓpiciatio peccatoꝝ fit.ſine metu tñ hõ eſſe nõ debet.q; penitẽtis ſatiſfactio diuino tm̃ penſat iudicio nõ humano. Proinde q; miſeratio dei occulta ẽ.ſine inter miſſiõe flere neceſſe ẽ. Neq; eñ vnq; oportet penitẽtem habere de peccatis ſecuritatẽ. Nã ſecuritas negligentiã parit.negligẽtia ãt ſepe in cautũ ad vicia trãſacta reducit. Dũ ꝑ preſentiãſexpulſa fuerint ab hoĩe vicia.ſi forte poſt hec intercedẽte ſecuritate quelibet culpa ſubrepſerit.cõfeſtim delectationes priſtine vicioꝝ mẽtẽ auidius irrepũt.pulſanteſq; hoĩem in cõſuetis opibꝰ grauius ꝯtrahũt.ita vt ſint nouiſſima hoĩs illius peiora prioribꝰ.

## De deſperatione peccantiũ Capitulum xiiij



558

# Liber ſecundus Iſidori.

NOn per locoꝝ ſpacia. ſed per affectum bonum vel malū itur recediturue a deo. Neqꝫ eñ greſſu pedum ſed greſſu opeꝝ vel moꝝ elongamus vel ꝓpinquamus ad deum. Perpetrare flagiciū aliquod mors anime eſt. cōtemnere preſentiam et ꝑmanere in culpa. deſcēdere in infernum poſt mortem eſt. Ergo peccare ad mortem ꝑtinet. deſpare vero in infernum deſcendere. Unde et ſcriptura ait: Impius dū in ꝓfundū maloꝝ venerit cōtemnit. Sepe dyabolus eos quos cōuerti ad penitēciā aſpicit. inmanitate ſceleꝝ ꝑcuſſos ad deſpationē deducit. vt ſubtracta ſpe venie. trahat in diffidentiā quos nō potuit retinere ꝑſeuerātes in culpa. Sed penitēs preuidere debet callida cōtra ſe hoſtis inſidias. ſicqꝫ dei iuſticiā metuat. vt tñ q̄uis in magnis ſceleribus de miſericordia eius confidat. Amplius letaꝰ deus de aīa deſperata et aliqñ cōuerſa. q̄ꝫ de ea que nunq̄ꝫ extitit ꝑdita. ſicut de ꝓdigo filio qui mortuus fuerat et reuixit. ꝑierat et inuētus eſt. de cuius regreſſu magnum fit gaudiū patris. Nō aliter corā deo et angelis copioſius eſt gaudiū de eo q̄ periculo liberaꝰ. q̄ꝫ de eo qui nunq̄ꝫ nouit peccati periculū. Quāto eñ cōtriſtat res ꝑdita. tanto magis ſi fuerit inuēta letificat. ſicut in Euāgelio paſtor ille exultat qui perditā ouē inuentā humeris ſuis gaudēs reportat. Nullus deſperare debet veniā. etiā ſi circa finem vite ad penitentiā cōuertaꝰ. Unūquēqꝫ eñ deus de ſuo fine nō de vita ꝑterita iudicat. Hoc quippe et legis teſtimonio edoceꝰ. q̄ hō de ſuo extremo iuſtificaꝰ quando deus ꝓ aſini primogenito ouē iuſſit offerri. hoc eſt inmundiciam vite prioris mutandam per innocentiam boni finis. Unde et cauda iubetur offerri in hoſtiam id eſt vita extrema in penitentiam. Multi ſuperna reſperſi gratia in extremis ſuis ad deū reuertuntur per penitentiam. et quecunqꝫ mala geſſerunt quotidianis fletibus purgant. atqꝫ in bonis factis mala geſta conmutāt. Quibus iuſte totum quod deliquerant ignoſcit. quia ipſi quod male geſſerunt penitendo cognoſcunt. In vita hominis finis querendus eſt. quoniam deus non reſpicit quales antea viximus. ſed quales circa finē vite erimus.

# De his qui a deo deſerūtur

Capitulum xv.

DEſerente deo nullū penitere. deo reſpiciēte ſua vnū quēq3 facta videre ⁊ plāgere et vñ ceciderit cogitare. Nōnulli aūt ita deſpiciunt a deo vt deplorare mala ſua non poſſint etiā ſi velint. Conſilio inmundoꝝ ſpirituū hoc eſt q2 ipſis negatum eſt poſt preuaricationē regredi ad iuſticiā. obſerare aditū penitētie hoībus cupiūt. ne vel ipſi reuertant ad deū. coſq3 ſocios in ꝑditione habere cōtendūt. quibuſcūq3 fraudibus inſiſtētes. vt aut deſerant a deo. aut flagelli inmanitate deſperent. In gemiſcendū eſt iugiter et poſt poſita ſecuritate lugendū. ne dei ſecreto et iuſto iudicio deſerat hō ⁊ ꝑdendus in ꝑtāte demonū relinquat. Nā reuera q̄ deus deſerit. demones ſuſcipiūt. Dm̄ci cōtemptores ꝑcepti. ſtatim vt auertunt a deo. a malignis ſpiritibus occupant. a quibus etiā vt mala faciāt ꝑſuadent. Hinc eſt illud Propheticū: Inimicos dei pſequunt tenebre. q̄ intelligunt demones. Unde et in pſalmo legit: Immiſſiones per angelos malos. Quidā reproboꝝ in poteſtate demonū occulto dei iudicio et iuſtiſſimo redigunt. Eſaie teſtāte: Ipſe miſit eis ſortē. et manus eius diuiſit eis eā in mēſura. vſq3 ineternū poſſidebūt eā. Quidā electoꝝ dimittunt diuina iuſticia incidere in errorē peccati. ſed tñ miſeratione eius reducti denuo cōuertunt. De talibus eñ ꝑ Prophetā dñs loquit: Et dimiſi eū et reduxi eū et reddidi ei conſolationē. Nōnunq̄3 etiā reuertēs deus ad hoīem quē deſeruerat. rurſus affligēs viſitat et ꝑ lamēta lachrimaꝝ ac penitētie afflictionē a peccatis expurgat. dicēte Job ad deū: Propter ſupbiā inquit quaſi leenā capies me. reuerſuſq3 mirabiliter me crucias. Reuertēs eñ deus hoīem cruciat. qñ quē peccantē deſeruerat. flagellādo iteꝝ viſitat. Malis actibus cōtra nos amplius celeſtē iracūdiā nequaq̄3 ꝓuocare debemus. quin pocius ſi penitēdo digna deo acta geſſerimus. ſeueritatē eius in clementiā cōmutabimus. Nā ille qui nos malos tolerat. nō dubium eſt ꝙ cōuerſis clementer ignoſcat. Nā ꝙ ſeruat nobis

tp̄s penitētie vt nō ſimul morte obruamur p̄cipiti. ſꝫ det̃ locus ſatiſfactionis. hoc totū de dei ꝓcedit clemētia. vt nos nō damnet crudeliter. ſꝫ expectet ad penitentiam pacienter.

## De his qui ad delictū poſt lacrimas reuertuntur. ¶ Capitulum xvi.

Irriſor eſt non penitens qui adhuc agit qđ penitet. nec videtur deū poſcere ſubditus. ſꝫ ſubſannare ſuꝑbus. Canis reuerſus ad vomitū. et penitēs ad peccatū. Multi eñ lacrimas indeſinenter fundunt. et peccare non deſinūt. Quoſdam accipe lacrimas ad penitentiam et effectū penitentie nō habere. qꝛ incōſtantia mētis nūc recordatione peccati lacrimas fundūt. nūc vero reuiuiſcēte vſu ea que fleuerūt iterādo cōmittunt. Qui et p̄terita vult plāgere. et actionibus ſecularibus incubare. iſte iuſtā mūdationē nō habet. qm̄ adhuc agit q̄ penitēdo deflere poſſit. Eſayas peccatoribus dicit: Lauamini. mūdi eſtote. Lauat̃ itaqꝫ et mūdus eſt. q̄ et p̄terita plāgit et flēda iteꝝ nō cōmittit. Lauat̃ et nō eſt mūdus qui plāgit que geſſit nec tñ deſerit. et poſt lachrimas ea que defleuerat repetit. Sic deniqꝫ et alibi aīam penitētē atqꝫ iteꝝ delinquentē ſmo diuinus increpat dicēs: Quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. Quiſqꝫ ergo culpas p̄teritas plorat. hunc neceſſe eſt modū teneat. vt ſic admiſſa defleat. ne iteꝝ flēda ꝯmittat. Ue mihi miſero Iſidero qui ꝛ penitere retro acta negligo. ꝛ adhuc penitēda cōmitto.

## De peccato. Capi. xvii.

Duobus modis peccatū cōmittit̃ id eſt aut vi cupiditatis. aut metu timoris. dū vel quiſqꝫ vult adipiſci qđ cupit. vel timet ne incurrat qđ metuit. Quatuor modis cōmittit̃ peccatū in corde. quatuor perpetrat̃ ex oꝑe. Admittitur corde ſuggeſtione demonū. delectatiōe carnis. conſenſione mentis. defenſione elationis. Conmittitur opere. nunc latenter. nunc palam. nunc conſuetudine. nunc deſperatione. Iſtis ergo gradibus et corde delinquitur. et opere malicia perpetratur. Tribus modis peccatum geritur

hoc eſt ignorantia.infirmitate.induſtria.periculo āt pena ꝑ diuerſo. Ignorantie namq̧ mō peccauit in paďiſo eua.ſicut Apoſtolus ait: Uir nō eſt ſeductus.mulier aūt ſeducta in ꝑuaricatione fuit. Ergo eua peccauit ignorātia. Adā vero induſtria.qꝛ nō ſeductus ſꝫ ſciens prudenſq̧ peccauit. Qui vero ſeducitur.ꝙd cōſentiat euidenter ignorat. De infirmitate āt Petrus deliquit.qñ ad metū interrogātis ancille xp̄m negauit vñ et poſt peccatū amariſſime fleuit. Grauius eſt infirmitate q̄ȝ ignorātia queq̧ delinquere.grauiuſq̧ induſtria q̄ȝ infirmitate peccare. Induſtria nāq̧ peccat qui ſtudio ac deliberatiōe mentis malū agit. Infirmitate aūt qui caſu vel precipitatōe delinquit. Nequius aūt et de induſtria peccat. qui nō ſolū non bñ viuūt.ſꝫ adhuc et bñ viuentes ſi pñt a veritate diuertunt. Sunt eñ qui ignoranter peccāt.et ſtꝫ qui ſcienter. Sunt etiā et qui ꝓ ignorantie excuſatione ſcire nolūt.vt minus culpabiles habeant᷑.qui tñ ſeipſos nō muniūt. ſꝫ magis decipiunt. Neſcire eñ ſimplr̄ ad ignorantiā ꝑtinet. noluiſſe ꝟo ſcire ad cōtumacē ſupbiā. Uolūtatē quippe ꝓꝛij dñi velle neſcire.ꝙd aliud eſt q̄ȝ velle dñm ſupbiendo cōtemnere? Nemo igit᷑ ſe de ignorantia excuſet.qꝛ deus non ſolū eos iudicat qui a cognitione ſua reuertunt᷑.ſꝫ etiā et illos ꝙ neſcierūt.teſtante eodem dño ꝑ Prophetam: Diſpdam inquit hoīes a facie terre et eos ꝙ auertuntur poſt tergū dñi. et qui nō queſierunt dñm.nec inueſtigauerunt eum. Et pſalmus: Effunde inquit irā tuā in gentes que te nō nouerunt.

## De leuioribus peccatis.

¶ Capitulum xviij.

MUlti vitā ſine crimine habere poſſunt ſine peccato non pñt. Nam q̄ȝuis in hoc ſeculo magna iuſticie quiſq̧ claritate reſplēdeat.nūq̄ȝ tamen ad purū peccatoꝝ ſordibus caret. Johanne apoſtolo atteſtante qui ait: Si dixerimus qꝛ peccatum non habemus.ipſi nos ſeducimus.et veritas in nobis non eſt. Quedā ſtꝫ facta ſimilia peccatꝭ.ſꝫ ſi bono aīo fiant.nō ſtꝫ peccata.vtpote ptās.ſi nō ſe vlciſcēdi cupiditate ſꝫ magis corrigēdi ſtudio vlciſcat᷑ in reum

qui delinquit. Itē ſūt peccata leuia que ab incipiētibus quotidiana ſatiſfactione purgant̄ que tñ a perfectis viris velut magna crimina euitant̄. Quid āt hoīes peccatores de magnis ſceleribus agere debēt qñ etiā pfecti leuia queq3 delicta quaſi grauiſſima lugent. Non ſolū grauia: ſ3 et leuia ſūt cauēda peccata. Multa em̄ leuia vnū grāde efficiūt. ſicut ſolent ex prauiſſimis guttis immenſa flumina creſcere. Numeroſitas em̄ in vnū coacta exundantē efficit copiā. Peccata que incipiētibus leuia ſūt. pfectis viris grauia reputant̄. Tanto em̄ maius cognoſcit̄ eſſe peccatū quāto maior ꝗ peccat habet̄. Creſcit em̄ delicti cumulus iuxta ordinē meritoꝝ. et ſepe quod minoribus ignoſcitur maioribus imputatur.

## De grauioribus peccatis.

¶ Capitulum xix.

Ex experimento vel cōtemptu minoꝝ peccatoꝝ maiora cōmitti peccata. vt durius feriant̄ p magnis ſceleribus: qui de paruis corrigi noluerūt. Judicio aūt diuino in reatū nequiorem labunt̄. qui diſtringere minora facta ſua cōtemnunt. Multi a crimine in crimē corruunt. q2 dei cognitionē habētes. timorē eius negligūt. et quē nouert̄ p ſciam. p actionē non venerant̄. Ideoq3 cecant̄ diuino iudicio puniēda cōmittere et in penā cōmiſſi facinoris. facinus deterius addere. Sepe peccatū alterius peccati cā eſt. qđ cōmittit̄ cū aliud ex ipſo quaſi ſua ſoboles oritur. ſicut fieri ſolet naſci libidinē ex nimia vētris ingluuie. Pena ꝓ peccati peccatū admittit̄. qñ p merito cuiuſq3 peccati. deo deſerente in aliud peccatū deterius itur. de quo amplius ꝗ admiſerit ſordi det̄. Ergo precedēs peccatū cā eſt ſequētis peccati. ſequēs ꝓ peccatū pena eſt p̄cedētis delicti. Precedētia itaq3 peccata ſequentiū ſūt criminū cā vt illa ꝗ ſequūtur ſūt p̄cedentiū pena. Precedentiū peccatoꝝ pena. ipſa vocat̄ induratio veniēs de diuina iuſticia. Hinc eſt qđ ait Propheta: Indurasti cor noſtrū ne timeremus te. Neq3 em̄ quicūq3 iuſti ſūt a deo impellunt̄ vt mali fiāt. ſ3 dum mali iā ſūt. indurant̄ vt deteriores exiſtāt. ſicut et Aplus dicit: Qm̄ veritatē dei nō re

ceperunt vt ſalui fierēt. immiſit illis ds ſpiritū erroris. Facit ḡ ds quoſdā peccare ſꝫ in q̄bus talia iā peccata p̄ceſſerint: vt iuſto iudicio eius mereant̄ in deterius ire. Alia quippe peccata p̄cedētibus alijs peccatiꝫ prolabunt̄ in penā quā peccata merent̄. Quedā de ira dei veniūt peccata. que ꝑ merito alioꝝ cōpenſant̄ pctōꝝ. Vn̄ et Propheta: ecce inq̄t tu iratus es ⁊ nos peccauimus. in ipis fuimus ſp̄. tanq̄ꝫ ſi diceret: Quia ſp̄ in pccis fuimus. iratus es vt deterius peccaremus. Quid em̄ ſit irā dei mereri. q̄d ꝟo prouocare. prudēs lector debet ſcire. Grauior nāqꝫ eſt ira que prouocat̄ q̄ꝫ ea q̄ meret̄. Nā meremur qn̄ ignorādo peccamus. ꝓuocamus qn̄ ſcimus bonū facere nec volumus. Nūc irā dei dū viui ſumus vitare poſſumus. Timeamus ergo ne veniente illo terrore iudicij. ſentiri poſſit. vitari non poſſit.

## De manifeſtis occultiſqꝫ peccatis.

¶ Capitulum xx.

Maioris ē culpe manifeſte q̄ꝫ occulte peccare. Dupl'r em̄ reus eſt q̄ apte delinquit. q: et agit et docet. De talibus Eſayas d̄t: Et peccata ſua q̄ſi ſodoma p̄dicauerūt nec abſcōderūt. Multi em̄ publice delinquētes ſine vllo pōdere ſua flagicia p̄dicant. nec vlla vtunt̄ ſcelerꝫ verecūdia. Quedā ei iā iuſticie portio ē iniquitatē ſuā hoi abſcōdere. et i ſemetipſo de pccis ꝓprijs erubeſcere. Peccatū ꝑpetrare crimē ē. peccatū p̄dicare clamor ē. De quo etiā d̄t Aplus: Et clamor auferat̄ a vob̄ cū oi malicia. id ē cū ipſis peccatiꝫ. Ex eo ipſo quo quiſqꝫ peccatū q̄d agit nō abſcōdit. iudicij iā eſſe indiciū. q: nō erubeſcit̄ niſi de cōſcie reatu. Ergo et hoc ipſo quo quiſqꝫ de facto ſuo erubeſcit. ipſe ſibi iam iudex fit.

## De peccati amore. Ca. xxi

Aliud eſt nō peccare amore dilectionis dei. aliud timore ſupplicij. Qui em̄ amore caritatis dei non peccat. horreſcit oē malum amplectēdo iuſticie bonū. nec eum delectat peccatum etiam ſi ſceleris inpunitas ꝑmittatur. Qui vero ſola pena ſupplicij in ſe vicia reprimit. q̄uis

564

nõ expleat opus peccati. viuit tamen in eo voluntas peccan
di: doletq; ſibi illicitũ. quod lex ꝓhibere dinoſcit᷑. Ille ergo
mercedẽ boni oꝑis ꝑcipit qui amãdo iuſticiã facit. nõ is qui
eam ſolo metu penaꝝ inuitus cuſtodit. Quidam et diligũt
peccatũ et faciũt. Quidã diligunt tantũ et non faciũt. pleri
q; vero faciunt tantũ et nõ diligũt. nonnulli peccatum non
faciũt et tñ iuſticiã odiunt. Grauius aũt peccat qui nõ ſolũ
peccatũ diligit ſ; et facit. q̃ʒ qui nõ facit et diligit. grauiuſq;
interdũ qui diligit et nõ facit. q̃ʒ qui facit et odit. Grauiſſi
mũ eſt non ſolũ facere. ſ; et diligere peccatũ. Nam ſũt quidã
qui cõfeſtim pacto flagitio cõfundunt᷑. et ſũt qui nõ ſolũ nõ
dolent geſſiſſe malũ. ſ; etiam de ipſo malo oꝑe gloriantur.
Sicq; ad cõparationẽ mali fit deterius. dum de vicijs gra
tulantes extolluntur in peius. De talibus ait Salomon:
Qui letantur cũ male fecerint et exultãt in rebus peſſimis.

## De peccandi neceſſitate.

¶ Capitulum xxij.

INterdum ꝙ mali ſumus. neceſſitate pocius nõ vo
luntate exiſtimus. Uertenda eſt aũt neceſſitas mali
in voluntatẽ boni. Pleriq; non voluntate ſ; ſola ne
ceſſitate peccãt. ꝑtimeſcẽtes tꝑalem inopiam. Et dum pñtis
ſeculi neceſſitatẽ refugiunt. a futuris bonis priuantur. Item
nõnulli peccatũ voluntate nõ neceſſitate cõmittunt nullaq;
coacti inopia exiſtunt iniqui. ſed tantũ gratis cupiunt eſſe
mali. Neq; eñ ipſam rem amant quã appetunt. ſed ipſa tm̃
peccati malicia delectantur.

## De peccandi cõſuetudine.

¶ Capitulum xxiij.

MElius eſt peccatum cauere q̃ʒ emendare. Facilius
eñ reſiſtimus hoſti a quo nondũ victi ſumus. q̃ʒ ei
a quo iã ſuꝑati ac deuicti cognoſcimur. Omne pec
catum anteq̃ʒ admittat᷑ amplius ꝑtimeſcit᷑. Quãuis aũt gra
ue ſit. dum in vſum venerit leue exiſtimat᷑ et ſine vllo metu cõ
mittit᷑. Iſtis fomitibus quaſi quibuſdã gradibus coaleſcit

omne peccatum. Cogitatio nāq; praua delectionem parit.
delectatio cōſenſionē. cōſenſio actionē. actio cōſuetudinem.
cōſuetudo neceſſitatē. ſicq; his vinculis hō implicatus qua
dā cathena vicioꝝ tenet̄ aſtrictus. ita vt ab ea euelli nequaq;
valeat. niſi diuina grā manū iacentis apprehēdat. Peccatū
ad mittere cadere eſt in puteū. cōſuetudinē vero peccandi fa
cere. os putei eſt coanguſtare. ne is qui cecidit valeat exire.
Sꝫ interdū etiā tales deus liberat. dum eoꝝ deſpationem
ad cōuerſionē libertatis cōmutat. Ipſo enī miſerante pecca
ta dimittunt̄. quo ꝓtegente fit ne in deterius peccādo eatur.
Nequiſſimū eſt peccare. peius eſt peccandi cōſuetudinem fa
cere. Ab illo facile. ab hoc cum magna labore reſurgit̄. dum
male cōſuetudini repugnatur. Male agendi cōſuetudinem
receſſum eſſe Propheta aſſerit in profundū. cuius vſu quaſi
quadā lege homo tenet̄ aſtrictus vt etiā qn̄ non vult pecca
tum admittat: A lapſu ꝯo cito reſurgere. nō eſt in profundū
ire. Apoſtotus legē peccati dicit eſſe in mēbris ſuis. que lex
cōſuetudo eſt. quā peccādo cōcipimus. et nō ab ea cum volu
mus diſcedimus. qꝛ iam neceſſitatis vinculo per cōſuetudi
nem retinemur. Multū veri amor agit in hoīe ſed reſultat
caro male cōſuetudinis lege. Bene aūt audacter pro bona
cōſcientia exultat. qui valent in ſe reprimit quod inſolenter
impugnat. Frequenter peccare cauendū eſt. nā hoc ipm ꝙ
de malo noſtro plerūq; deus nobis ſalutē opatur. quanto
mirabile eſt. tanto perraꝝ eſt. Propterea metuendū eſt cōſi
dere ita ſaluari. ne forte dū expectamus a vicijs ſanari. et vi
tia multiplicemus. et ſalutē non adipiſcamur. Ergo ſtudea
mus aut non cadere. aut cito cōuerſi a lapſu cōſurgere. Om
nino peccare cauendū eſt: Et ſi humana fragilitate peccatū
ſubrepſerit. ꝯfeſtim erit corrigendū qd̄ nequiter ſentit̄ cōmiſ
ſum. Cito enī corrigit̄ culpa que cito cognoſcit̄. tardius aūt
ſanat̄ vulnus qd̄ iam putreſcētibus mēbris longo poſt tpe
curationibus adhibet̄. Iteratio peccati grauior eſt. ſicut eſt
ſi morbus ſuꝑ morbū veniat. ſicut ſi ymber ſuꝑ ymbrē occur
rat. Mora peccādi īmanitatem facit ſceleris. Unde et Pro
pheta. Ue inqͣt qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis



562

et quaſi vinculū plauſtri peccatū. Trahit eīn iniquitatē vt funiculū. qui tardat cōuerti ad deū. Trahere eīn iniquitatē. eſt morā facere in iniquitatibus. Vñ et Pſalmus. Prolon gauerūt iniqtates ſuas. dñs iuſtus cōcidet ceruices pctōꝝ.

# De peccati recordatione.

Capitulum xxiiij.

Bonū eſt hoī ſemꝑ añ oculos ꝓpria adhibere delicta. ſcd̄m Pſalmi ſententiā. Et peccatū meū añ me eſt ſꝑ. Sicut eīn nō oportet reminiſci peccati effectū. ſic ſꝑ neceſſe eſt vnūquēq; ſuū in deflendo cōmemorare pec catū. Apud iuſtū recordatio peccati facit tediū animu. Qui aūt luxurie ⁊ cupiditati ſubditi ſunt: cōtumaci ſupbia etiā de ipſo peccati oꝑe gloriant̄. Serui dei tāta recordatio eſſe de bet peccati. vt ea que geſſit ſꝑ lachrimās cōfiteat̄. Unde et Pſalmus dicit. Cōuerſus ſum in erūna dū cōfigitur ſpina. peccatū meū cognitū tbi feci. dixi ꝓnuntiabo aduerſum me iniuſticias meas dño. Supra eīn dixerat: qm̄ tacui. hoc ē. nō ſum cōfeſſus. inueterauerūt oīa oſſa mea dū clamarē tota die. Quid ergo tacuiſſe ſe penitet. niſi cōfeſſionē peccatoꝝ? Quid clamaſſe ſe dolet. niſi defenſionem maloꝝ? Qui ergo peccatornm ſuorum defenſor extitit. neceſſe eſt vt penitendo accuſet quod ſuperbiens praue admiſit.

# De cogitatione. Ca. xxv.

Bipartita ē cauſa peccādi id eſt oꝑis. ⁊ cogitationis quoꝝ vnū iniquitas dicit̄ qd̄ oꝑe gerit̄. aliud iniuſti cia qd̄ cogitatione admittit̄. Prius aūt actio reſecā da eſt. poſtea cogitatio. Prius praua oꝑa. poſtmodū deſide ria. Viciſſim aūt et a cogitatione oꝑa procedunt. et ab oꝑe cogitatio naſcit̄. Quis et ſi ab oꝑe malo q̄ſq; vacet ꝓ ſolius tñ praue cogitationis malicia nō erit innocēs. Unde et dñs per Eſaiā: Auferte inquit malū cogitationū veſtraꝝ ab ocu lis meis. Nō eīn ſolū factis ſed et cogitationibus delinqui mus. ſi eis illicite occurrētibus delectemur. Sicut vipera a filijs in vtero poſitis lacerata perimit̄. ita nos cogitationes

noſtre intra nos enutrite occidũt.et cõcepto interius vipe reo veneno cõſumũt.aĩamq; noſtrã crudeli vulnere ꝑimũt. Nõ ẽ arbitrij noſtri cogitatiões praue ſuggeſtionis ꝑuenire. lacere ãt in aĩo cogitationẽ. noſtre attinet volũtati. Illud er go ad culpã nõ redigit̃.iſtud culpe ꝓprie imputat̃. Nã cogi tatões illicitas occurrere demonũ eſt.cogitationibus oblec tari ꝑuerſis.noſtrorum eſt. Plerũq; fieri ſolet vt ĩ mũde corpa liũ rerum ſpẽs quas didicimus:noſtris mentibus opponant̃ et nolẽtes eas cogitemus q̃ tũq; ab eis aciẽ mẽtis auertere nitimur.tanto ille ſe magis aĩo ingerũt.obſceniſq; in nobis motibus obrepũt. Sed fit hoc ꝓ cõditione mortali.quã me ruit primus hõ in penã ſui peccati. Dũ vnuſquiſq; diuina illuminatione preuenit̃.ſtatim moleſtijs turpiũ cogitationũ pulſat̃. Sz dei ſeruus iudicio timoris dei earum tentamẽta a ſemetipõ reijcit.boniſq; cõtra obiect; cogitationibus turpes a ſe repellit. magna obſeruãtia circa cordis ẽ cuſtodiã adhibẽ da q2 aut bone aut male rei ibi cõſiſtit origo. Nã ſic ẽ ſcriptũ ẽ: ex corde exeũt cogitatiões male: Ideoq; ſi prius praue cogi tationi reſiſtimus.in lapſũ opis nõ incurrimus. Nõ eſt timẽdũ ſi bona malaq; in cogitationẽ veniãt. ſz magis gloriandũ ẽ. ſi mẽs mala a bonis intellectu rõnis diſcernat. Itẽ nihil iu uat q2 inter bonũ ⁊ malũ ſenſu prudẽtiori diſcernimus.niſi ope aut mala cogitata caueamus.aut bona intellecta faciamus.

# De conſcientia. Capi.xxvi

HUmana cõditio dũ diuerſis vicioſitatibus mentẽ cõturbat.etiã añ penas vehẽne ꝑ inconditũ aĩe appe titũ iam penas cõſcientie patit̃. Oĩa fugere poterit hõ ꝓpter cor ſuũ. Nõ eñ ꝓt a ſe quiſq; recedere. Ubicũq; eñ abierit reatus ſui cõſcientia illũ nõ derelinq̃t. Q̃uis humana iudicia ſubterfugiat oĩs qui male agit.iudiciũ tñ cõſciẽtie ſue effugere nõ ꝓt. Nã et ſi alijs celat qđ agit.ſibi tñ celare nõ ꝓt q̃ plene nouit malũ eẽ qđ geſſit. Duplex fit ergo in eo iudiciũ. quia et hoc ſue cõſcientie reatu punit̃.et illic ꝑpetuali pena damnat̃. Hoc eñ ſignificat: abyſſus abyſſum inuocat in vo ce cataractarum. Abyſſus eñ abyſſum inuocare eſt de iudicio

ſue conſcientie ire ad iudicium damnationis ꝑpetue. In vo
ce cataractarum tuarum.id eſt in predicatione ſanctorum.

## De intentione mentis. Capitulum xxvij.

Oculus hoīs.intētio opis eius eſt. Si ergo intētio eius bona eſt.et opus intentionis ipſius bonū eſt. Alioq̄n male intētionis etiā ſi bonū in factis opus appareat.bonū tamē iā nō eſt.qm̄ ex ſua intētione aut ꝓbat̄ bonū aut reprobatur indignū. Bona eſt ergo intentio que ꝓpter deū eſt.mala vero que ꝓ terreno lucro aut vana gloria eſt. Qui opus bonū bona intentione nō faciūt.per hoc magis cecantur ope per qd̄ illuminari potuerūt. Unuſquiſq̄ bonū opus qd̄ agit intentione bona agit.qm̄ pro mala intenſiōe plerūq̄ opus bonū qd̄ agimus perdimus ⁊ minus a culpa vacamus. Sepe que apud hoīm iudiciū bona patent.apud examē diligētiſſimi et acutiſſimi iudicis reproba deteguntur. Ideoq̄ omnis ſanctus veret̄ ne forte bonū qd̄ agit pro aliqua animi intenſione in oculis dei reprobū ſit.

## De ſenſibus carnis. Capitulum xxviij.

Per ſenſus carnis morbus irrepit mēti. vnde et per Prophetam dn̄s dicit: Oēs cogitationes terre ab aquilone veniēt: et ponet vnuſquiſq̄ ſoliū ſuū in introitu portaꝝ iheruſalē. Regna aquilonis vicia ſt̄ que ſedes ſuas in portis ponūt.qn̄ per ſenſus carnis labē anime ingerunt.ideoq̄ in ipſis portis.id eſt in ipſis ſenſibus regnant. Neq̄ eñi aliunde peccamus niſi vidēdo.audiendo.attrectādo.guſtādo atq̄ tangēdo. Uñ et alias dicit: Intrauit mors per feneſtras noſtras.et alibi: Et extranei ingrediebant̄ per portas eius.⁊ ſup iheruſalē mittebāt ſortē. Extraneos q̄ppe inmundos eſſe ſpiritus.qui tanq̄ per portas ita per ſenſus carnis animam irrepunt.et eam illecebrando deuincunt.

## De ſermone. Capitu.xxix

CUm quedā ꝑua viciorꝝ verba nō euitamus. in mag
no lingue ꝓlabimur crimine. et dū facta quedā nō
grauia libere ac ſine metu cōmittimus. ad potiora
ſcelera et horrēda peccādi cōſuetudine labimur. Sicut ple
rūqꝫ multiloquiorꝝ ſtulticia reprehendit᷑. ita rurſum nimis
tacentiū vicia denotant᷑. Illi em̄ ſatis laxando linguam in
leuitatis vicio deflūt. iſti nimis reticēdo ab vtilitate torpeſ
cunt. Imperiti ſicut loqui neſciūt. ita tacere non pn̄t. Mēte
em̄ ineruditi. ore loquaces. ꝟbis ꝑſtrepunt. ſenſu nihil dicūt.
Sicut falſitatis crimina a ꝑficiētibus ꝑ timeſcunt᷑. ita ocio
ſa ꝟba a ꝑfectis viris vitant᷑. Nā ſicut ait quidā: Sicut ꝓ
ocioſus ꝟbo ratio ponit᷑. ita ꝓ ſermone iniuſto pena exoluit᷑.
Vani ſermones in ore criſtiani eſſe non debēt. Nam ſicut
mali mores in bono colloquio corrigunt᷑. ita praua colloq̄a.
bonos mores corrūpunt. Cuſtodia ori ponit᷑. dū quiſqꝫ nō
ſe iuſtum. ſed quod magis verꝝ eſt peccatorē fatet᷑. Manū
ſuꝑ os ponit qui bonis operibus lingue exceſſum operit.
Manū ſuꝑ os ponit qui male locutionis culpas bone ac
tionis vel anime tegit. Loquēs que ad dn̄m pertinent nec
faciēs. ⁊ ſi inutilis ſibi eſt. audiētibus tn̄ ꝓdeſt. Qui de ſapiē
tia ſe laudari affectāt. loquentē Prophetā attendāt: Ve qui
ſapiētes eſtis in oculis veſtris. et corā vobis metipſis prudē
tes. Recte ex ſciētia dicit: qui verā ſapientiā guſtu interni ſa
poris ſentit. A ſentiēdo em̄ ſentētia dicit᷑: ac ꝑ hoc arrogan
tes qui ſine humilitate dicūt. de ſola ſcientia dicunt non de
ſentētia. Ille em̄ ſapit qui recte et ſecundū deū ſapit. In ſuā
ducūt cōtumeliā doctores. ſi dū ſint ab eis dicta ſapienter.
nimiū tn̄ eloquēter. Horret em̄ ſapiētia ſpumeū verborꝝ am
bitū ac fuco mūdialis eloquentie inflatis ſermonibus per
ornatū. Quidā curioſi delectant᷑ audire quoſlibet ſapiētes.
nō vt veritatē ab eis querāt. ſed vt facundiā ſermonis eorꝝ
agnoſcāt. more poetarꝝ. qui magis cōpoſitionē verborꝝ q̄ꝫ
ſententiā veritatis ſequnt᷑. Qui bonū ſine charitate dicit. tā
q̄ꝫ es aut cymbalū ſonū facit alijs. ipſe tn̄ ſibi manet inſenſibi
lis. Quadrimoda eſt dicēdi ratio. qua preuidendū eſt: quid
cui qn̄. vel quomodo aliquid ꝓferat᷑. Itē quadrimoda eſt di



564

cendi rõ. qua aut bene ſentiẽdo quid bene ꝓferatꝛ. aut nil ſen
tiendo nil dicitꝛ. aut parꝝ ſentiendo loquacitas ſola oſtentatꝛ.
aut optime ſentiẽdo non elegãter profertꝛ qđ intelligitꝛ. Item
quadripartita eſt loquẽdi ratio. qua vel bonũ bene. vel malũ
male. ſeu bonũ male. vel malũ bene ꝓfertꝛ. Bonũ quippe bene
loquitꝛ. qui ea q̃ recta ſꝫ humiliter annũciare videtꝛ. Malũ
male loquitꝛ. qui quodlibet flagiciũ ꝑſuadere conatꝛ. Bonũ
male loquitꝛ. qui quodcũqꝫ rectũ arrogãter p̃dicare ſentitur.
Malũ bene loquitꝛ. qui aliqđ narrãdo viciũ deteſtatꝛ. vt ab
eo hoĩes aduertantꝛ. Corde bene loquitꝛ. qui caritatẽ nõ diſſi
mulat. Ore bene loquitꝛ. qui veritatẽ annũciat. Factis bene
loquitꝛ. qui alios bonis exẽplis edificat. Corde male loquitꝛ.
qui interius cogitatiões noxias meditatꝛ et cogitat. Lingua
male loquitꝛ qui ꝓ eo ꝙ male agit flagellatꝛ et murmurat. Fac
tis male loquitꝛ. qui male viuẽdo exẽplis ſuis alios ad praue
viuendũ informat. Semel bene loquitꝛ. qui ſe penitẽdo re
darguit. Bis bene loquitur. qui bñ viuẽdo et alios inſtruit.
Semel male loquitꝛ. qui poſt vicium cito non corrigitꝛ. Bis
male loquitur. qui male viuit et male docet. Item bis male
loquitꝛ. qui et male cogitat et male refert cogitata. Itẽ bis ma
le loquitꝛ qui et bonũ quod debuit nõ egit. et malũ qđ non
oportebat admiſit. Mali mala reſpondẽt ꝓ bonis. et aduer
ſa ꝓ optimis. Boni bona reſpondẽt ꝓ malis. et proſpera ꝓ
aduerſis. Aduerſus cõuiciũ lingue. fortitudo adhibenda eſt
paciẽtie. vt tentationis ꝟba que foris impugnãt tolerantie
virtute deuicta diſcedant. Non oĩs qui patitꝛ probra iuſtus
eſt. ſꝫ qui ꝓ veritate ab alijs innocens patitur: ille tm̃ modo
iuſtus eſt. Inter vituperationes lingue et opprobria hoĩm
iſto ſe remedio mens iuſti corroborat. vt tãto ſolidius in deũ
figatꝛ interius. quãto exterius ab humanis ſpernitꝛ ſenſibus.
Qui illatas ſibi cõtumelias tranquillo aĩo prodit. dolorem
cordis aparit. et virus qđ feruet in aĩo facile reijcit. Vulnera
eñ mentis apta cito exhalãt. clauſa nimis exulcerant. Qui
dolorẽ iniurie clauſo pectore tegit. quãto amplius ꝑ ſilentiũ
linguã premit. tãto acriorem dolorẽ intrinſecus nutrit. Vñ
et vere quidam poetaꝝ gentiliũ dixit: Quoqꝫ magis tegitꝛ.

tectus magis eſtuat ignis. Cecus em̄ languor vehemens eſt ac nimius. quia tacitū viuit ſub pectore vulnus.

## De mendatio. Capi.xxx.

Mendaces faciūt vt nec vera dicentibus credatur. Reddit em̄ ſepe hoiem multa falſitas etiā in veritate ſuſpectū. Sepe vera ꝓmittit q̄ falſa dicturus eſt. vt cū primū. acquiſierit fidē. ad reliqua mendatia audiētes credulos faciat. Multis videnꝰ vera eſſe que falſa ſtꝫ. et ideo non ex deo. ſꝫ ex ſuo mendatio loquūtur. Nonnūqꝫ falſitas veriloquio adiungitur. et plerūqꝫ a veritate incipit qui falſa cōfingit. Latent ſepe venena circūlita melle verboꝝ. et tam diu deceptor veritatem ſimulat quouſqꝫ fallendo decipiat. Nonnūqꝫ peius eſt mendacium meditari q̄ꝫ loqui. Nam interdum quiſqꝫ incautus ſolet ex precipitatione loqui mendacium. meditari autem non poteſt niſi per ſtudium. Grauius ergo ille ex ſtudio mentiri ꝓhibetur. q̄ꝫ is qui ex precipitatione ſola mentitur. Summoꝑe cauendum eſt omne mendacium q̄ꝫuis non nunq̄ꝫ ſit aliquod mendacij genus culpe leuioris. ſi quiſqꝫ pro ſalute hominum mentiatur. Sed ſcriptum eſt: Os quod mentitur occidit animā. et ꝑdes eos qui loquuntur mendacium. Hoc quoqꝫ mendacij genus ꝑfecti viri ſummoꝑe fugiunt. vt nec vita cuiuſlibet ꝑ eoꝝ fallatiam defendatur. ne ſue anime noceant. dum preſtare aliene carni nituntur. q̄ꝫq̄ꝫ hoc ipſum peccati genus facillime credamus relaxari. Nam ſi quelibet culpa ſequenti mercede purgatur. quātomagis hec facile abſtergitur quā merces ipſa comitatur. Multa mentiunꝰ multaqꝫ fingunt homines ꝓpter humanam laudem ſicqꝫ fit vt et iſti mentiendo pereant. et eos quos laudant ad vane gl'e ruinā ꝑducant. Sicut bn̄ ſibi cōſcius nō metuit aliene lingue cōuicium. ita et qui laudaꝰ ab alio. non debet errorem aliene laudis attendere. ſed magis vnuſquiſqꝫ teſtimouium cōſcientie ſue querat. cui plus ipſe preſens eſt q̄ꝫ ille qui eum laudat. Opus em̄ ſuum vnuſquiſqꝫ probet. vt ait: Apoſtolus. et tunc in ſeipſo tm̄ quiſqꝫ glo

riam habebit. id eſt occulte in ſua conſcientia. non palam in aliena lingua. Perfecti qui alta radice fundati ſunt et ſi flamine laudis ac vituperationis vt cūqꝫ quaſi ventoꝝ interdum curuentur in pulſu. funditus tamen non deijciuntur ſed ꝑtinus firmitate radicis ad ſe redeunt. Bona mens. ad malū nec premijs nec terroribus vincitur. Nā iniqui terrorē blādicijs miſcent. vt aut oblectatōe quēqꝫ decipiāt. aut terroribus frangūt. Qui laudatur in auditoꝝ amore inſeritur. ſꝫ ſi veraciter et nō ficte laudetur. hoc ē ſi vera ſūt q̄ de illo dicuntur.

## De iuramento. Capi. xxxi

SIcut mentiri non p̄t qui non loquitur. ſic ꝑiurare nō poterit qui iurare nō appetit. Cauendā igitur eſſe iurationē. nec ea vtendū niſi in ſola neceſſitate. Nō eſt cōtra preceptū iurare ſed dū vſum iurādi facimus. ꝑiurij crimē incurrimus. Nūqꝫ ergo iuret qui ꝑiurare timet. Multi dū loquuntur. iurare ſꝑ delectantur. dū oporteat hoc tm̄ eſſe in ore. eſt eſt non nō. Amplius em̄ q̄ꝫ eſt et nō eſt, a malo eſt. Multi vt fallant ꝑiurāt. vt per fidē ſacramēti fidē faciant verbi. ſicqꝫ fallendo dū ꝑiurant et mentiuntur. hoīem incautū decipiunt. Interdū et falſis lachrimis ſeducti decipimur: et creditur dū plorāt quibus credendū nō erat. Plerūqꝫ ſine iuramēto loqui diſponimus. ſed incredulitate eoꝝ qui nō credunt q̄d dicimus iurare cōpellimur. taliqꝫ neceſſitate iurādi cōſuetudinē facimus. Sunt multi ad credendū pigri qui nō mouentur ad fidē verbi. Grauiter aūt delinquūt qui ſibi loquētes iurare cogūt. Quacūqꝫ arte verboꝝ q̄ſqꝫ iuret. deus tm̄ qui cōſciētie teſtis eſt ita hoc accipit. ſicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter aūt reus fit qui et dei nomē in vanū aſſumit et proximum dolo capit. Non eſt obſeruandum iuramentum quo malum incaute promittitur. veluti ſi quis piam adultere perpetuo cum ea permanēdi fidem polliciatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum q̄ꝫ permanere in ſtupri flagicio. Iurare dei eſt illa prouidentia qua ſtatuit non cōuelle ſtatuta. Penitentia autem dei rerꝝ muta

tio eſt. non penitere aũt: ſtatuta nõ reuocare. vt eſt illud: Iurauit dñs et nõ penitebit eũ. id eſt que ſtatuit non mutabit.

## De vicijs. Capitulũ xxxij

Recedens hõ a deo ſtatim vicio℞ traditur poteſtati. vt dum patitᷣ infeſta vicia. reuertendo vnde ceciderat reſipiſcat. Et ſi ſancti toto animi niſu cõtendnut ſupare vitia nec extinguũt. quid agunt hi qui non ſolũ non odiũt vicia. ſʒ toto ea amore ſectantᷣ. Satʒ delicate ſe palpat qui vult ſine labore vicia ſupare. dum peccati legẽ q̃ʒ ſibi de ſeruiendo vicijs fecit. ſine violẽtia doloris reſecare nõ poſſit. Perfecte renunciat vicio qui occaſionẽ euitat in ppetrando peccato. Nam ſi velis tñ idem nõ peccare et data occaſione peccauerʒ. tu tibi et reus et iudex es. qui et cõnuſſa damnas et damnata cõmittis. Se aũt iudice reus eſt. qui vicia et accuſat et ppetrat. Quedã vicia dum nõ pfecte vitantᷣ. ſuos in ſe faciũt relabi auctores. Nã ſi vnũ viciũ diſtricte vitetur et alia negligantᷣ. inanis labor eſt. Non em̃ pt in vnius obſeruatione virtutʒ fortiter pdurare. cuius alia vicia dominantᷣ in corde. Nonnũq̃ʒ hoiem ſua vicia pſequuntᷣ. qr nimirũ qui prius volẽdo ea ſibi fecit ſocia. poſtea ſentit eſſe nolẽs ſtimuloſa. Non nulli nõ antea in errorẽ vicio℞ labuntᷣ. niſi prius interioris rõnis pdiderint oculos: ſicuti Sampſon non antea ab allophilis ad erroris ligatus eſt machinã. niſi poſtq̃ʒ ei ſtʒ lumina oculo℞ extincta. Quidã vegetati mẽtis rõne vicio℞ ſupantur incurſu. ſicq̃ʒ deinde intentionẽ bono℞ operum pdunt. ſicut rex Babilonis in oculis Sedechie prius filios ipſius interfecit. et ſic poſtea oculos eius euulſit. ac p hoc poſt malo℞ operum cõſuetudinẽ. ⁊ interemptionem bonorum. perit quorundam et ratio.

## Q, ex vicijs vicia. et ex virtutibus virtutes oriuntur. Capitulum xxxiij.

Hic gignuntᷣ ex peccato peccata. vt dum nõ euitantᷣ pua. incidatᷣ in maximis. et dum defenduntᷣ admiſſa nec lamentantur. ex flagicio ad ſupbiam itur. Vñ

564

fit vt et duplicati ſit criminis reus ꝗ et admittit ſcelera ꝑ vo
luntatē et defendit ea ꝑ cōtumatie tumorē. Sic vicio viciū
gignit᷑. ſicut virtus virtute cōcipit᷑. Ex vicio em̄ gignit᷑ viciū.
ſicuti Dauid qui dū nō euitauit ad vlteriū. ꝑpetrauit et ho
micidiū. Itē virtus virtute cōcipit᷑. ſicut ꝑ veritatē Euāge
lice ꝑ̄dicationis virtutem martirij Apoſtoli meruerūt. In
cordibus ſecularit᷑ viuentiū inuicē ſibi ſuccedūt vicia. vt dū
vnū abierit ſuccedat aliud. iuxta Iohel ꝓphete teſtimoniū
qui ait: Reſiduū eruce comedit locuſta. et reſiduū locuſte co
medit brucus. et reſiduū bruci comedit rubigo. Per id ergo
iſta ſub vicioꝝ allegoria colligunt᷑. qꝛ ſequit᷑: Expgiſcimini
ebrij et flete. Aliquando vtiliter peccatur in minimis vicijs.
vt maiora vtilius caueant᷑. Lege Paulum apoſtolum. mi
nora ꝑmittētem peccata ne maiora ꝑpetrent᷑. Ueraciter aūt
ſanant᷑ vicia que virtutibus et nō vicijs excludunt᷑. Quorū
dam āt quedam latētia vicia tūc apparēt. quando ab alijs
vitijs deſinunt.

# De male vſis virtutibus.

Capitulum xxxiiij.

INterdū ꝛ male vſe virtutes ex ſe vitia gignūt. qđ fit
per imoderatum animi appetitū cui nō ſufficit do
nū qđ meruit niſi inde aut laudes aut lucra dānāda
queſierit. Interdū virtutes vicia gignūt. dū aliquādo ꝓ tpe
oportuno minime relaxant᷑. ſicqꝫ fit. vt que loco cōgruo vir
tutes ſtꝫ. incōgruo vitia deputent᷑. veluti ſi ꝓ fratris aduētu
canonicū nō ſoluat᷑ ieiuniū. Uirtutū igit᷑ diſcretionē a Pau
lo apoſtulo ſume. qui ad tp̄s egit qđ agendū eē omnino ꝓhi
buit. Itē quedā virtutes dū diſcretionē nō ſeruāt. in vicia
trāſeunt. Nā ſepe iuſticia dū ſuū modū excedit. crudelitatis
ſeuitiā gignit. et nimia pietas diſſolutionē diſcipline ꝑturit.
et celi ſtudiū dū plus eſt qꝫ oportet. in iracūdie viciū trāſit.
et multa māſuetudo. torꝑis ſegniciē gignit. Prudētis āt viri
diſcretio ſolerter ꝓſpicit. ne bonū intēperāter agat et de vir
tute in viciū tranſeat. Item apud quoſdam ex virtute viciū
gignitur. dum quiſqꝫ de caſtitatis et abſtinentie meritis glo

riatur. Nam et qui elemoſinam vane gloria cauſa impartit ex virtute vicium facit. Sed et his qui de ſapientia arrogā ciam habet. et qui pro iuſticia premium appetit. et qui aliqͦd donum dei quod meruit in ſuam laudem conuertit. aut in malos vſus aſſumit. procul dubio virtutem in viciū trāſfert. Homines de virtutibus vicia nutriunt ex quibus pereant. Iterum deus arte potentiſſima ex noſtro vicio virtutes format. quibus nos ab iniquitate reformet.

## De ſimulatis virtutibus. Capitulum xxxv.

Quedā vicia ſpēs virtutū preferūt. ideoqꝫ pniciosius ſuos ſectatores decipiūt. qꝛ ſe ſub velamine virtutū tegūt. Nā vicia q̄ ſtatim ꝟtutibus cōtraria apparēt cito dum in palā venerint emēdant̃. ꝓpter qͦd ſequaces eoꝝ de talibus criminibus erubeſcūt. Carnales āt pleruꝫqꝫ p inſenſibilē mētis cecitatē nō agnoſcūt viciū eſſe culpabile. qͦd dignū videt̃ damnatione. Itē quedā vicia ſpēs virtutū eſſe vident̃. ſed tn̄ virtutes non ſūt. Nam interdum ſub pretextu iuſticie crudelitas agitur. et putat̃ eſſe virtus: qͦd nimirū eſt viciū. ſicut et remiſſa ſegnicies māſuetudo eſſe credit̃. et qͦd agit torpens negligentia. putat̃ agere indulgentia pietatis. Nonnūqꝫ etiam virtutem largitatis imitatur vicium prodige effuſionis. et virtutem pcitatis triſtis tenacitas imitatur. et vicium ptinatie abſconditur ſub virtute cōſtantie. Item timor ſub ſpecie obedientie occultatur. et dicitur virtus humilitatis quod tamen vicium eſt timoris. Sed et pcacitas vocis ꝓ veritatis libertate accipitur. et vicium pigricie quietis virtutem imitatur. Porro vicium inquietudinis virtutem ſe vult vocari ſollicitudinis. et precipitationis facilitas feruor boni ſtudij creditur. et bene agendi tarditas conſilij mora eſſe videtur. dum tamen iſta ſit virtus. illa vicium. Tali igitur exemplo vicia ſpecies virtutum imitantur. et tamē ſe nōnulli eſſe iuſtos cōfidunt. vn̄ maxime reprobant̃. Aptū exemplū vicioꝝ de latronis ſpē ſumit̃. Nā ſicut ex inſidijs la

567

tro prodit.ſecꝫ iter agentibus iungit.fingēs ſe ſociū donec decipiat improuiſum.et dū ſubito eruperit ad exitum latro manifeſtus oſtendit. ita ſe miſcent interdū periculoſe virtutibus vicia.quouſqꝫ oēm operis efficatiam in ſuis vſibus rapiant.vt anima que ſibi erat placens de virtutibus.deceptam ſe conſpiciat vicijs damnabilibus.

# De appetitu virtutum.

Capitulum xxxvi.

Ad virtutes difficile ꝯſurgimus.ad vicia ſine labore dilabimur. Iſta eñ prona illa ardua ſūt. Grandes eñ ſudores per petimur vt ad celū cōſcendere valeamus. Quemadmodū ad virtutū tendētes culmē nō a ſummis inchoant.ſꝫ a modicis.vt ſenſum ad altiora pertingāt. ita ⁊ qui delabunt̄ ad vicia.nō ſtatim a magnis criminibus incipiunt ſed a modicis aſſueſcūt.⁊ ſic in maximis proruūt. Sicut paulatim hō a minimis vicijs in maximis proruit. ita a modicis virtutibus gradatim ad ea que ſūt excelſa cōſcendit. Qui aūt in ordinate virtutes cōprehendere nititur. cito periclitat̄. Hec eſt cauſa in rez natura vt quecūqꝫ velociter ad profectū tendūt.ſine dubio celeriter finiant̄.ſicut herbe que tāto feſtinius ꝑeunt q̄͂to celerius creſcūt. At vero cōtra arbores alta radice fundate ideo ꝑdurant diutius quia gradatim ad ꝓfectum ꝑ veniūt. Nihil ꝓdeſt admixto malo agere alter q̄d bonū.ſed prius eſt cohibendū a malo deinde exercendū bonū. Hoc eñ indicat Propheta cū dicit: Quieſcite agere peruerſe.diſcite bene facere. Prius vicia extirpanda ſūt in hoīe.deinde inſerende virtutes. Nā cohercere et cōiungi non p̄t veritas cōmendatio.pudor cū petulantia. fides cū per fidia.caſtitas cū luxuria. Quedā ſunt ſumme virtutes.quedā vero medie. Fides.ſpes.et charitas ſumme virtutes ſunt. Nā a quibus habent̄.vtiqꝫ veraciter habent̄. Alie ꝟo virtutes medie ſunt.q2 et ad vtilitatē et ad ꝑniciem poſſunt haberi.ſi de his arroganter quiſqꝫ tumuerit vt potē doctrina.ieiuniū.caſtitas.ſcientia.ſiue tēporales diuitie.de quibus ſcilicet et bene oparari poſſumus et male. Quiſqꝫ

ex deteriore iã melior eſſe cepit. caueat et de acceptis extolli virtutibus. ne grauius ꝑ virtutes corruat ꝙ̄ prius ex lapſu vicioꝝ iacebat. Quē deus iuſtificat ne iterū̃ ſe de virtutibus erigat. quedã illi virtutū̃ dona tribuit deus. quedã retrahit. vt dū̃ mens de hoc qđ habet erigitur. iterum de hoc qđ nequaquã habere cognoſcit humilietur. Quiſquis dona celeſtis gratie inſpiratus ad virtutes erigitur. ſi forte moderantis dei manu aliqua aduerſitate reprimitur. ne de acceptis virtutibus attollatur frangi non debet. quia et hoc ipſum ꝙ plagis humiliatur equanimiter ferre procul dubio virtutis eſt magne.

## De pugna virtutum aduerſus vicia. Capitulum xxxvij.

Unde ſe viri ſancti veracius a vicioꝝ colluuione detergūt. dū̃ ab eis cõtra ſingula vicia virtutes ſingule opponuntur. Interdū̃ vicia cū̃ virtutibus ad vtilitatē cõfligūt. vt ipſo certamine vel mēs exerceatur. vel ab elationis cõcurſu animus reſtringatur. Aduerſus impetus vicioꝝ cõtrarijs virtutibus eſt pugnandū̃. Cõtra luxuriã em̃. cordis eſt adhibenda mūdicia. cõtra odiū̃ dilectio eſt preparãda. cõtra iracundiã paciētia ꝑponēda. Porro cõtra timorē fiducie adhibēda eſt virtus. cõtra torporē. celi preliū̃. Triſticie quoꝙ gaudiū̃ accidie fortitudo. auaritie largitas. ſupbie humilitas opponenda eſt. ſicꝙ ſingule virtutes naſcētia cõtra ſe vicia reprimūt. actentationū̃ motus virtute diuine charitatis extinguūt. Libidinē abſtinētia domat. Nã ꝙ̄tū̃ corpus media frangitur. tanto mēs ab illicito appetitu reuocatur. Aduerſus irã tolerantia dimicat. ira aūt ſemetipſam necat. ſuſtinendo aūt pacientia victoriã portat. Triſticie merorē ſpes eterni gaudij ſupat. et quē turbata mēs de exterioribus afficit. dulcedo interioris trãquillitatis lenit. Aduerſus inuidiã preparetur charitas. et aduerſus ire incēdia mãſuetudinis adhibeatur trãquillitas. Supbiã aūt dyaboli imitantur ſupbi. aduerſus quam opponitur humilitas criſti: qua humiliantur elati. Principalium autem ſeptem viciorum regina et mater



568

ſupbia eſt.eadēq3 ſeptem principalia multa de ſe parturiunt
vicia.que ita ſibimet quadā cognatione iungunt᷑.vt ex altero
alterū oriat᷑. Sicut princeps ſeptē vicioꝝ ſupbia nos eoꝝ
poteſtatibus ſubdit.ita xp̄s ſeptiformi grā plenus.a dn̄atu
vicioꝝ nos eruit et quos illa addicit ſeptemplici vicio.iſte
liberat ſeptiformis gratie dono.

## De ſuperbia. Ca.xxxviij.

Omni vicio deteriorē eſſe ſuperbiam.ſeu ꝓpter q᷑ a
ſummis pſonis et primis aſſumit᷑.ſeu q᷑ de opere
iuſticie ꝛ virtutis exorit᷑.minuſq3 culpa eius ſentit᷑.
luxuria vero carnis ideo notabilis oībus eſt.qm̄ ſtatim per
ſe turpis eſt. Et tn̄ penſante deo ſupbia minor eſt. Sed qui
detinet᷑ ſupbia et non ſentit.labit᷑ carnis luxuria.vt per hāc
humiliatus et a cōfuſione ſurgat ꝛ a ſupbia. Omnis peccās
ſupbus eſt.eo q᷑ faciēdo vicia cōtemptui habeat diuina pre
cepta. Recte ergo iniciū omnis peccati ſuperbia. quia niſi
preceſſerit mandatoꝝ dei inobidientia.tranſgreſſionis non
ſequit᷑ culpa. Omnis ſuperbia tanto in imo iacet.quanto in
alto ſe erigit.tantoq3 profundius labitur. quanto excelſius
eleuat᷑. Qui em̄ per ꝓpriam attollitur ſupbiam.per dei iuſti
ciā inclinat᷑. Qui inflant᷑ ſupbia.vento paſcuntur. Unde et
Propheta:oēs inquit paſtores tuos paſcet ventus.hoc eſt
ſuperbus ſpiritus. Qui de ſuis virtutibus ſuperbiunt.ex ip
ſis iudicandi ſunt operibus quibus pro virtutibus vtunt᷑.
quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam reuera
ſine humilitate virtus quelibet.et ſine charitate in vicio de
putatur. Merito ſuperbie dyabolus a ſuperna beatitudine
corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur dyabolum imi
tantur.et exinde grauius corruunt quia de excelſo labunt᷑.
Superbia ſicut origo eſt omnium criminum.ita ruina cūc
tarum virtutū. Ipſa eſt em̄ in peccato prima.ipſa in cōflictu
poſtrema. Hec em̄ prima aut in exordio mentem per pecca
tum proſternit.aut nouiſſime de virtutibus eijcit. Inde et
omnium peccatorum eſt maxima.quia tam per virtutes q̄

per vicia humanam mentem exterminat. Ibi cadit ſuperbia vbi et naſcitur. vt non ſit ſuperbis aliud culpa aliud pena. ſed ipſa culpa ſit illis et pena. De ſuperbia naſcitur arrogātia. non de arrogantia naſcitur ſupbia. Nam niſi preceſſerit occulta elatio mentis. non ſequitur aperta iactantia laudis. Ita ergo in culpa preponitur ſuperbia arrogantie. ſicut prefertur ex origine. Plerumqꝫ ad elationis. emendationem prouidentia dei aliquo caſu nonnulli cadunt. pro quo lapſu reprehenſi a ſemetipſis humiliter ſapiant et de mulieribus dei laudari non appetant. ſed laudent deum a quo acceperūt vnde laudari ſe volunt. Utilius eſt arroganti in quocunqꝫ vicio labi et humilem poſt caſum deo fieri. q̄ꝫ per elationem ſuperbire. grauioremqꝫ ruinam et damnationem per ſuperbiam ſumere.

## De fornicatione. Ca. xxxix

Ex culpa ſuperbie plerumqꝫ in ab hominandam carnis inmundiciam itur. Nam alterum pendet ex altero. ſed ſicut per ſuperbiam mentis itur in proſtitutionem libidinis. ita per humilitatem mentis ſalua fit caſtitas carnis. Deus autem non nunq̄ꝫ deicit occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam ruinam. Libidinis naſci immundiciam de animi occulta ſupbia. exemplo primi hominis qui mox vt per ſuperbiam contra deum tumuit. ſtatim carnis libidinem ſenſit et pudenda operuit. Quia ꝓpter vnuſquiſqꝫ ſue deputet culpe q̄ cecidit quociens libidine vnicitur. quia niſi preceſſiſſet latens ſuperbia: non ſequeretur libidinis manifeſta ruina. Nonnunq̄ꝫ gemino vicio criſtianus a dyabolo appetitur. et occulto ꝑ elationē et publico ꝑ libidinem. Sed dum euitat qs libidinē. cadit in elationē. item dum incaute declinat elationem cadit in libidinē. ſicqꝫ ex occulto vicio elationis itur in apertum libidinis. et de aperto libidinis itur in occultum elationis. Sed dei ſeruus diſcrere vtrumqꝫ penſans. ſic cauet



569

libidinē vt nō in currat elationē. et ſic premit elationē vt nō reſoluat animū ad libidinē. Luxurioſis atqꝫ ſupbijs demones plus fautores exiſtunt. dumqꝫ in ceteris vicijs ſpiritus maligni deſeruiāt. his tñ maiori familiaritate iunguntꝰ eiſqꝫ amplius iuxta eoꝝ deſideriū famulantꝰ. Principaliter his duobus vicijs dyabolus humano generi dñatur. id eſt ſupbia mētis et luxuria carnis. Unde et dñs in Job loquitꝰ de dyabolo dicens: Sub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humētibus. Per calamū em̄ inanis ſupbia. p loca ꝟo humentia carnis demōſtratꝰ luxuria. Per hec em̄ duo vitia dyabolus humanū poſſidet genus. vel dum mentē in ſupbiā erigit. vel dum p luxuriā carnem corrūpit. Multi luxurie ſubditi ſtꝫ et cōtumaci ſupbia de ipſo luxurie ope gloriantꝰ. et inde magis elati ſunt vñ humiliari debuerant. Ad cōpationem mali fit deterius. qñ non ſolū flagicia cōmittuntꝰ ſed etiam de ipſis flagicijs vanitate laudis perditi extolluntur. ſicut ſcriptū eſt: Qm̄ laudatꝰ peccator in deſiderijs anime ſue. Quid em̄ peius qꝫ in flagicijs miſeros gaudere. de quibus iā debēt copioſius deplorare? Libido tūc magis queritꝰ dū videtꝰ. Nā ſicut quidā ſapiēs ait: Prima fornicationis oculoꝝ tela ſunt. ſecunda verboꝝ. Sed qui non capitꝰ oculis poteſt verbis reſiſtere. Sufficit natura vbi adhuc liber affectus eſt. Qui delectationem refrenat libidinoſe ſuggeſtionis. non tranſit ad conſenſum libidinis. Cito em̄ reſiſtit opi qui titillanti conſenſum non accomodat delectationi. Durius impugnatur qui vſqꝫ ad conſenſionem et ſi non vſqꝫ ad ppetrationem tentatur. qꝫ is qui ſola ſuggeſtione pro cōditione carnis tētamentis ſollicitatꝰ. Stimuli carnis qui in Paulo. excitante ſathane angelo inerant. ex lege peccati erant. que in membris hominum de neceſſitate libidinis habitat. Quam reluctantem dum in ſe expugnat perficitur virtus. et de infirmitate libidinoſe titillationis virtutē ſuſcipit glorioſi certaminis. Seruo dei multa certamina de ſua carne mouentur. Nam qꝫuis in amore dei eorum ſit inconcuſſa intētio. mēs tñ in carne quā exterius geſtat interna prelia tolerat.

Deus aũt qui hec ad ꝓbationẽ ꝑmittit gratia ꝓtegẽte ſuos non deſerit. Ideoq₃ nõ nunq̃₃ electi lapſu carnali corruũt vt a vicio ſupbie qua de virtutibus tument ſanent̃. Et qui de virtutũ effectibus exiſtũt ſuperbi. vt cadãt. carnis vicio humilian̄t vt ſurgant. Anteq̃₃ ꝑficiat̄ adulteriũ in ope iam extat adulteriũ in cogitatione. Ex corde em̄ primũ fornicationes ſunt auferẽde. et nõ prorũpunt poſtea in ope. Hinc eſt qꝺ ꝑ Prophetã dr: Accingite lũbos veſtros ſup vbera veſtra. hoc eſt. in corde libidines reſecato que ad lũbos ꝑtinẽt. Nã cor ſub vberibus eſt non in lumbis. Libidinis ĩmoderata licẽtia neſcit habere modũ. nam dũ ſe vicioſus animus in explẽda fornicatione, carne luxuriãte laxauerit, nihilominus ad alia nephanda ſcelera ſuadẽtibus demonibus trãſit dũq₃ immoderate metas pudoris exceſſerit crimẽ criminibus adijcit. paulatimq₃ ad deteriora ꝓcedit. Nõ ita ſuauis eſt amãtium ymo amentiũ in certa carnis libido. ſicut expta, nec ita delectat fornicatio dũ primũ cõmittit̄. nam repetita maiorẽ delectationẽ ingerit. Iam ꝟo ſi in vſum venerit. tãto ꝑditis dulcior fit. vt ſuperare difficile ſit. Vñ ⁊ ſepe ex cõſuetudine delinquẽdi. quaſi captiui ad peccandũ cũ quadã violentia tradimur: ſenſuſq₃ noſtros cõtra rectã voluntatẽ in nobis rebellare ſentimus. Si plus oblectat mentẽ delectatio fornicationis q̃₃ amor caſtitatis. adhuc in hoĩe peccatũ regnat. Certe ſi amplius delectat pulchritudo intime caſtitatis. iã non regnat peccatũ. ſed regnat iuſticia. Nã non ſolũ de cõmiſſa fornicatione peccatũ regnat in hoĩe ſed ſi adhuc delectatur. atq₃ aĩm teneat ꝓculdubio regnat. Fornicatio carnis adulteriũ eſt. fornicatio aĩe ſeruitus ydoloꝝ eſt. Eſt aũt et ſpiritalis fornicatio ſ̄m q̄ dñs ait: Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eã. iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Oĩs immunda pollutio fornicatio dicitur. q̃₃uis quiſq₃ diuerſa turpitudinis voluptate proſtituatur. Ex delectatione em̄ fornicandi varia gignunt̄ flagitia. quibus regnum dei clauditur. et homo a deo ſeparatur. Inter cetera ſeptem vicia fornicatio maximi eſt ſceleris. quia per carnis inmunditiam templum dei violat et tollens membrũ criſti facit membrũ



570

meretricis. Maxime per carnis luxuriam humanũ genus ſubdit dyabolo. q̄ȝ per cetera vitia. Cum em̄ ille varijs tentamentis illectos hoīes conet peruertere: magis tñ mechandi deſideriũ ſuggerit. quia vtrunqȝ ſexũ in hoc vicio amplius egrotare intendit. Demones ſcientes pulchritudinē eſſe aīe caſtitatē. et per hanc hoīem angelicis meritis e quibus illi lapſi ſunt coequari. liuore percuſſi inuidie inijciũt per ſenſus corporis opus deſideriũqȝ libidinis. quatenus a celeſtibus deorſum deiectā animā pertrahant. ſecũqȝ quos vicerint gloriantes ad tardara ducāt. Quādo impulſu demonũ mēs ad delectationē fornicationis impellit. diuini iudicij metus et eterni tormenta incēdij ante oculos ꝓponant. quia nimiꝝ omnis pena grauioris ſupplicij formidine ſuperat. Sicut em̄ clauus clauũ expellit. ita ſepe recordatio ardoris gehēne ardorē excludit luxurie. Quidā in iuuentute luxurioſe viuētes. in ſenectute cōtinentes fieri delectant. et tũc eligũt ſeruire caſtitati quādo eos libido ſeruos habere cōtemnit. Nequaq̄ȝ in ſenectute continentes vocandi ſunt. qui in iuuentute luxurioſe vixerũt. Tales non habent premiũ. quia laboris non habuerunt certamē. Eos em̄ expectat gloria. in quibus fuerint laborioſa certamina.

## De continentia. Capi. xl

A Deo datur cōtinentia. ſed petite inquit ⁊ accipietis. Tunc aũt tribuitur. quando deus gemitu interno pulſat. Prelatā eſſe virginitatem nupcijs. Illud em̄ bonũ. hoc optimũ. Cōiugiũ cōceſſum eſt. virginitas admonita tm̄. non iuſſa. Sed ideo tm̄ admonita. qꝛ nimis excelſa. Geminũ eſt bonũ virginitatis. qꝛ et in hoc mundo ſolicitudinem ſeculi amittit. et in futuro eternum caſtitatis premiũ ꝑcipit. Virgines feliciores ſt̄ in vita eterna Eſaia teſtante: Hec dicit dn̄s eunuchis: Dabo eis in domo mea et in muris meis locum. et nomen melius a filijs et filiabus. nomen ſempiternũ dabo eis qđ nō ꝑibit. Nec dubium ꝙ qui caſti ꝑſeuerant et virgines. angelis dei efficiuntur equales. Amāda eſt pulchritudo caſtitatis cuius deguſtata delectatio dul

cior inuenitur ꝙ̃ carnis. Caſtitas eñ fructus ſuauitatis eſt et pulchritudo inuiolata ſanctoꝝ. Caſtitas ſecuritas mentis. ſanitas corporis. Unde et aliquos gentiliũ gymnicos legimus ꝑpetuam veneris abſtinentiã exercuiſſe. ne virtutẽ libidine frangerẽt. Luxurioſa nãqꝫ vita carnẽ cito debilitat. fractãqꝫ celeriter ducit ad ſenectutẽ. Omne peccatum ꝑ penitentiã recipit vulneris ſanitatẽ. virginitas aũt ſi labitur nullatenus reparat̃. Nam ꝗ̃uis penitẽdo venie fructum ꝑcipiat. incorruptionẽ tamen nullutenus recipit priſtinã. Uirgo carne nõ mẽte. nullũ premiũ habet in repromiſſione. Unde et inſipientibus virginibus ſaluator in iudicio veniens dr: Amen dico vobis neſcio vos. Ubi eñ iudicans mentẽ corruptam inuenerit. carnis proculdubio incorruptionẽ dãnabit. Nihil prodeſt incorruptio carnis vbi non eſt integritas mentis. nihilqꝫ valet mundũ eſſe corꝑe eũ qui pollutus eſt mente. Multi ſtꝫ reproboꝝ qui carnalis corruptele cõtagiũ neſciunt. qui ſicut infecũdi ſtꝫ corꝑe. ita ſteriles manẽt et mẽte. oꝑis boni fecũditate. Qui recte de ꝟginitate gauderent. ſi alijs prauis operibus nõ inſeruirẽt. Qui cõtinentiã ꝓfitet̃ et ab alijs terrenis deſiderijs nõ ſubtrahit̃. ꝗ̃uis hunc luxuria carnis nõ polluat diuerſa tñ mũdane cõuerſationis oꝑatio maculat. Uirgines de ſuis meritis gloriantes hypocritis cõparantur. qui gl'am boni operis foris appetũt quã intra cõſcientiã humiles habere debuerũt. Tales igit̃ ad promiſſa celeſtia non ꝑueniunt. quia ipſi ſibi virginitatis premium ꝑ elationis viciũ auferunt. Hoc eſt eñ in euãgelio nõ habere virgines in vaſis oleũ. id eſt non ſeruare intra cõſcientiam boni oꝑis teſtimoniũ. ſed in facie gloriari apud hoĩes nõ in corde apud deũ. Ruina adulterij excipitur de cõtemptu matrimonij. Meliuſqꝫ eſt vxorem ducere ꝙ̃ ꝑ libidinis ardorem perire. Quidam cõiugale decus non pro gignẽdis filijs delectantur. ſꝫ hoc pro turbulenta carnis et libidinoſa conſuetudine appetunt. ſicqꝫ bono male vtuntur. Uicia ꝑ ſe mala ſtꝫ: Coniugia vero et ꝑtãtes ꝑ ſe quidem bona ſtꝫ. per ea vero que circa ea ſtꝫ mala exiſtunt. Coniugia eñ ꝑ id mala ſtꝫ. per quod dicit Apoſtolus: Qui aũt cum vxore eſt. co

gitat que mundi ſunt: Et ꝓpter fornicationem vnuſquiſqꝫ ſuam vxorem habeat. Sic et ptãtes per elationem. per oppreſſionem. per iuſticie quoqꝫ preuaricationẽ male exiſtunt. Nocent eñi nuptie. nocent et ptãtes. ſed per id qđ eis iuxta ponitur non per ſe. exemplo itineris recti iuxta quod ſapientie naſcuntur que ſurgentes e latere nocent eis qui recto itinere gradiuntur.

## De cupiditate. Capi. xli

NOn poſſe quẽpiam ſpiritalia bella ſuſcipere. niſi prius carnis edomauerit cupiditates. Non poteſt ad contemplandũ deũ mens eſſe libera. que deſiderijs huius mũdi et cupiditatibus inhiat. Neqꝫ eñi alta cõſpicere poterit oculus quẽ puluis claudit. Omni peccato peior eſt auaritia et amor pecuniaꝝ. Unde ⁊ per Salomonẽ dicitꝰ. Nihil eſt ſceleſtius. qꝫ amare pecuniam: hic eñi animã ſuam venalem facit. qm̃ in vita ſua proiecit intima ſua. Cupiditas omniũ criminũ materia eſt. Unde et Apoſtolus ait: Radix omniũ maloꝝ cupiditas eſt. quã quidã appetẽtes errauerũt a fide. Si ergo ſuccidit radix criminum. non pullulant cetere ſoboles peccatoꝝ. Multi cauſa cupiditatis terrene etiam ipſam fidem abnegauerunt. Cupiditas eñi criſtũ vendidit. Nam et pleriſqꝫ tantũ in rebus alienis eſt deſideriũ. vt etiã homicidium perpetrare non vereantꝰ. ſicut Achab qui appetitu cupiditatis ſue ſanguinis expleuit effuſionem. Sepe ini qui mala que concupiſcũt aſſequuntur quatenus de affectu mali deſiderij fortius puniantꝰ. Electos aũt ſuos deus non dimittit ire in deſirerioꝝ maloꝝ perfectionẽ. ſed in dolorẽ mentem conuertit eoꝝ pro eo ꝙ in ſeculo nequiter appetũt. vt hanc experientia reſipiſcant. et conuertantur ad deum. a quo mente receſſerunt. Deum ergo ſibi propicium nouerit aduerſari. qui qđ temporaliter concupiſcit. non permittitur adimplere. Secreto aũt dei iudicio fieri creditur. vt durius ꝑeant hi quoꝝ cupiditatẽ effectus ſtatim ſequitur actionis. Nunqꝫ ſatiari nouit cupiditas. Semꝑ enim auarus eget. quãtoqꝫ magis acquirit. tanto amplius querit. Nec ſolum

deſiderio augendi excruciatur. ſed etiã amittendi metu affici tur. Inopes naſcimur in hac vita. inopes receſſuri de hac vita. Si bona mũdi huius peritura credimus cur peritura tanto amore cupimus. Pleriqꝫ potentes tanta cupiditatis rabie inflãmantur vt de cõfinijs ſuis paupes excludant. nec habitare ꝑmittant. Quibus recte ꝑ Prophetam dicit᷑: Ve qui cõiungitis domũ ad domũ et agrum ad agrũ copulatꝫ vſqꝫ ad terminũ loci. Nunquid ſoli vos habitabitis in me dio terre: Tales quippe hoies infernũ. id eſt dyabolũ rape ad ꝑditionem. idẽ Propheta cõſequẽter annunciat dicẽs: Propterea dilatauit infernus animã ſuam et aperuit os ſuũ abſqꝫ vllo termino: et deſcendent fortes eius et ſublimes glo rioſiqꝫ eius ad eum. Nec mirũ ꝙ morientes inferni ignibus deputentur. qui viuentes flammã cupiditatis ſue minime ex tinxerũt. Qui deſiderio cupiditatis exeſtuãt. flatu diabolice inſpirationis vruntur. Accẽdit eñi mentẽ Eue ſupꝰbia. vt de ligno vetito manducaret. Accendit Cayn mentẽ inuidia. vt fratrẽ occideret. Accendit Salomonẽ luxurie facibus: vt ꝑ amorẽ libidinis ydola adoraret. Accendit Achab cupidi tate. vt homicidiũ auaricie annecteret. His ergo inſpiratio nibus dyabolus corda hominum occultis deprauat cupi ditatibus.

## De gula. Capitulum xlij

PRima cõcupiſcentie ſuggeſtio panis eſt. cui ſi mini me ceditur diuerſa edacitatis deſideria cõprimunt᷑. Unde et Daniel: panẽ inquit deſiderij nõ comedi. hoc eſt. eius cõcupiſcentiã non impleui. Prima eſt luxurie materies. ſaturitas panis. Unde et Propheta ſodomã de ſatietate panis accuſat dicens: Hec fuit iniquitas ſodomo rum: ſupꝰbia ſaturitas panis. et abundantia aque. Panem quippe ſodomite imoderate ſumentes in turpitudines de fluxere flagicioꝝ. atqꝫ inde meruerũt comitãte ſupbiae celeſti bus aduri incendijs. ex quo modũ non tenuerũt edacitatis. Utile eſt cauere gulam ciboꝛũqꝫ cõcupiſcentiam. Quid eñi tam noxiũ ꝙꝫ vt animus ſeruiat ventri et eſce. que ſtꝫ deſtruẽ

572

da.teſtante Apoſtolo ac dicēte: Deus aūt et hunc et hanc
deſtruet. Proxima eſt ventri libido.ſicut loco ſic vicio.vbi
eñ ventris cura.ibi et eoꝝ que circa ventrē ſūt ꝓxima. In or
dine nāq; membroꝝ genitalia ventri iungunt̄. Dumq; vnū
ex his īmoderate reficit̄.aliud ad luxuriā excitatur. Non ad
luxuriā vel ad ſacietatē.ſz tantūmodo vt corpus ſuſtentetur.
epulis eſt vtendū. Nam vt phī dixerūt.cibandus eſt venter
vt cōtineat animā.non vt corrūpat. Qui nimiū cibis vtunt̄
quāto magis ventrē paſcūt.tāto amplius ſenſum mētis ob
tundūt. Nā greci dixerūt ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum
gigni nō poſſe. Nā gule ſaturitas nimia aciem mētis obtun
dit.ingeniūq; hebeſcere facit: Libidines ignes ciboꝝ fomi
te increſcūt. Corpus aūt quod abſtinentia frangit.tentatio
nō exurit: Unde et tres pueros abſtinētes flāma babiloniј
incendij et ſi tetigit nō cōbuſſit.quia nimirū et ſi deſiderioꝝ
carnalium ignis abſtinentiū mentes inflāmat.vſq; ad cōſen
ſum tamen cōcupiſcentie vel oꝑis non exurit. Cui abundan
tia eſt epulaꝝ. ardentis diuitis incendat ſupplicium.cuius
tanta in inferno inter ignes erat inopia. quāta hic epularū
fuerat copia. In hoc eñ ſeculo eſurire et ſitire noluit. ꝓpte
rea illic inter flāmas ſitiens. ſtillā aque queſiuit nec meruit.
Conſiderandū q̄ vehementer arguant̄.cōmeſſatio et ſump
tuoſa cōuiuia. Nam ꝑ Prophetā cōminatur dn̄s.ſe nō hāc
relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit
eñ per Eſaiam ꝓphetam: Ecce gaudium et leticia occidere
vitulos et iugulare arietes.comedere carnes et bibere vinū.
Si dimittetur iniquitas hec vobis donec moriamini. Si
cut omnes carnales cupiditates abſtinentia reſecantur.ita
omnes anime virtutes edacitatis vicio deſtruuntur. Inde
eſt q; et princeps cocoꝝ muros iheruſalem ſubuertit. quia
et venter cui ſeruitur a cocis.virtutes anime deſtruit. Neq;
enim poſſe quēpiam virtutum perfectionem attingere. niſi
prius ventris edomauerit ingluuiem. Nemo p̄t dominari
ceteris vicijs niſi prius ingluuiem ventris reſtrinxerit. Nec
quiſq; facile poterit a ſemetipſo ſpūs immundos expellere.
niſi per abſtinentiā gule. Tunc eñ hoſtes qui extra nos ſūt

a nobis fortius ſuperant. qm̄ prius que intra nos ſunt vicia extinguunt. Nā̄ fruſtra foris agit bellum. qui intus habet periculū. Non qualitatē ciborum ſed eorum cupiditatē cauendā. nā ſepe accuratius pparata ſine gule cōcupiſcentia deguſtā tur. et ſepe abiecta et vilia edendi cupiditate ſumunt. Sicq; fit vt nō ſit in culpa ciborum qualitas. ſed illud reputet in viciū quod cū deſiderio deguſtat. Quatuor ſunt genera diſtinctionū in gule appetitu. id eſt quid. quādo. quantū. et quō appetat. Quid ad rem ipſam ptinet que appetit. Quādo. ſi ante legitimū tempus quid appetat. Quantū vero ad immoderationem refert. Quomodo ad impacientiā feſtinationis aſſcribitur. Nullus homini tam importunis exactor eſt quam venter qui quotidianā refectionē quotidiana famis exactione adimplet. Cū ceteris eni viciјs. et ſi interdū naſcimur. interdū tamen cū eis non morimur. Cū iſto aūt et naſcimur. cū iſto et morimur. Plerumq; voluptas veſcendi ita ſub obtentu neceſſitatis ſubrepit. vt dū putatur ſeruire neceſſitati. voluptatis deſiderio ſeruiatur nec facile diſcernit vtrū qd accipiatur gule an indigentie deputetur.

# De ebrietate. Capi. xliij.

Hoſca crapulam. potus ebrietatē generat. Ebrietas aūt perturbationem gignit mentis. furorem cordis. flammam libidinis. Ebrietas ira mentē alienat. vt vbi ſit neſciat. Unde etiam et malum non ſentitur qd per ebrietatem cōmittitur. Uerum eſt quod iuxta Prophetam fornicatio et ebrietatas aufert cor. Fornicatio eni ſicut ait Salomon infatuat ſapientem. Ebrietas ſicut in Loth ſenſus et rationem captiuat. Unde et in prouerbiјs: Potentes inquit qui iracūdi ſunt vinum nō bibāt. ne cum biberint obliuiſcant ſapientiā. Pleriſq; laus eſt multum bibere et non inebriari. Audiāt hi aduerſum ſe dicentē Prophetā: Ue qui potētes eſtis ad bibendū vinum. et viri fortes ad miſcendā ebrietatem. Uino multo deditos et luxurioſe viuētes Eſaias ſic arguit dicēs: Ue q cōſurgitis mane

573

ad ebrietatem ſectandam et potandum vſqȝ ad veſperum vt vino eſtuetis. De talibus et alio loco dicitur: Ve tibi ciuitas cuius rex iuuenis eſt. et cuius principes mane comedunt. Multi enim a mane vſqȝ ad ſolis occubitum ebrietati ꝛ gule voluptatibus deſeruiunt nec intelligunt cur nati ſunt. ſed conſuetudine beluina detenti luxurie tantum tota dei epuliſqȝ inſeruiunt. Clamat Johel propheta his qui ebrietati deſeruiunt dicens: Expergiſcimini ebrij et flete. et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quo teſtimonio nõ ait tm̄: flete oẽs qui bibitis vinum. vt bibere omnino non liceat. ſed adiecit in dulcedine. qđ ad voluptuoſam ꝑtinet et ꝓdigam effuſionem. Nam quãtum ſatis eſt neceſſitati edocet Timotheum bibere Apoſtolus dicens: Vino modico vtere. Non ſolũ ex vino inebriantur hoĩes. ſꝫ etiã ex ceteris potandi generibus que vario modo cõficiunt. Unde et Nazareis qui ſe ſacrificabãt dño preceptum eſt vinũ et ſicerã nõ bibere. Utraqȝ em̄ ſtatum mentis euertunt et ebrios faciũt. luxuriam quoqȝ carnis vtraqȝ equaliter gignunt. Quidam cõtinentes ſicut panem cum pondere edunt. ita aquã cum menſura ſumunt aſſerentes ad caſtimoniam carnis etiam aque abſtinentiam cõuenire.

## De abſtinentia. Capi. xliiij

Hoc eſt ꝑfectum et rationabile ieiunium. qñ noſter homo exterior ieiunat et interior orat. Facilius per ieiuniũ oratio penetrat celũ. Tunc em̄ homo ſpiritalis effectus angelis cõiungitur. deoqȝ liberius copulatur. Per ieiuniũ etiã occulta miſterioꝝ celeſtiũ reuelant. diuiniqȝ ſacramenti archana panduntur. Sic nãqȝ Daniel angelo reuelante miſterioꝝ ſacramenta cognoſcere meruit. Hec em̄ virtus et angeloꝝ manifeſtationes et eoꝝ annunciationes oſtendit. Jeiunia fortia tela ſunt aduerſus tentamenta demonioꝝ. Cito em̄ ꝑ abſtinentiã deuincunt. Unde etiam dñs et ſaluator noſter eoꝝ incurſus ieiunijs et orationibus premonet ſuꝑare dicens: Hoc genus non eijcitur niſi ꝑ orationem et ieiuniũ. Immũdi em̄ ſpũs ibi ſeſe magꝭ inijciunt

vbi plus viderint eſcā et potum. Sancti q̄ꝫdiu in huius ſe
culi vita habitant. deſiderio ſuꝑni roris corpus ſuum aridū
portant. Unde et Pſalmus: Sitiuit inquit in te aīa mea q̄ꝫ
multipliciter et caro mea. Caro em̄ tunc deum ſitit. quādo
per ieiuniū abſtinet et areſcit. Abſtinentia et viuificat et occi
dit. viuificat aīam. corpus necat. Sepe abſtinentia ſimula
te agitur: ieiuniaqꝫ per hipocriſim exercentur. Quidam em̄
mira inedia corpus ſuū laniant exterminantes. ſicut ait euā
gelium facies ſuas. vt appareāt hominibus ieiunātes. Ore
namqꝫ palleſcūt. corꝑe atterunt᷑. cordis alta ſuſpiria ducūt.
Ante mortē quoqꝫ mortiferis ſe ſupplicijs tradunt. tantūqꝫ
miſeri laboris exercitium nō pro dei amore. ſed pro ſola hu
mane laudis ammiratione ſectant᷑. Quidam incredibiliter
abſtinēt vt hominibus curioſis ſancti appareant. ſed hoc bo
num abſtinentie talibus non eſt virtus reputanda ſed vitiū
quia bono male vtuntur. Ieiuniū ⁊ elimoſina in abſcondito
eſſe amant vt ſolus deus qui inſpicit omnia. meritū operū
bonoꝝ rependat. Nam qui ea ſub populari manifeſtatione
faciunt. nequaq̄ꝫ a deo iuſtificantur. quia iuxta ſermonem
euangelicā. mercedē ſuam ab hominibus recipiūt. Ieiunia
cum bonis opibus deo acceptabilia ſunt. Qui aūt a cibis
abſtinent et praue agunt. demones imitant᷑: quibus eſca nō
eſt. et nequicia ſemꝑ eſt. Ille em̄ bene abſtinet a cibis qui et a
malicie actibus et a mundi ieiunat ambitionibus. Qui ex
ecrationis ſtudio non abſtinentie voto ab eſcis carnium ſe
ſuſpendunt. hi potius execrandi ſunt. quia dei creaturam
vſibus humanis conceſſam reijciunt. Nihil em̄ fidelibus in
quinatum. nihilqꝫ eſſe iudicatur in mundum Paulo atteſtā
te apoſtolo: Omnia munda mundis. coinquinatis aūt et in
fidelibus nihil eſt mundum. ſed polluta ſunt eoꝝ et mens et
conſcientia. Spernitur ieiunium qđ in veſperum delicioſa
repletione ciborum reficitur. Neqꝫ em̄ reputanda eſt abſtinē
cia. vbi fuerit ventris ſaturitas ſubſecuta. Spernitur ieiu
nium quod in veſperum delicijs cōpenſatur. dicente Eſaia
propheta: Ecce in die ieiunij veſtri inuenit᷑ voluptas veſtra.
Voluptas enim delicie intelliguntur. Sicut em̄ repetitio



574

debiti et lites et contentio. et percuſſio: ita et delicie impro
bantur a propheta in ieiunio. Tota eñ dei epulas in cogi
tatione ruminat. qui ad explēdam gulā veſpere ſibi delicias
preparat. Non eſt corpori adhibenda imoderata abſtinētia.
ne dum amplius greuatur caro pōdere inedie. malum agat
poſtea. nec bene facere incipiat et que addicitur. vt vſu mali
careat. ſimul et boni officium. dum plus premitur perdat.
Sollicita igitur diſcretione carnis eſt moderāda materies.
ſcilicet ne aut integre extinguatur: aut immoderate laxetur.
Jnfirmitate carnis nimia preualente ad ꝑfectionem ꝑtinge
re nemo poteſt. Nam q̄ꝫuis ſanctitatis amorē quiſqꝫ habeat.
exequi tamen non valet operis meritū cuiꝰ intentione cordis
deſeruire conatur. Corporis debilitas nimia etiam vires
anime frangit. mentis quoqꝫ ingenium facit marceſcere. nec
valet quicq̄ꝫ boni per imbecillitatem perficere ne dū quid
nimis. Nam quicquid cum modo et temperamento fit. ſalu
tare eſt. quicquid aūt nimis et vltra modū eſt. pernicioſum
fit. ſtudiumqꝫ ſuū in cōtrarium vertit. Jn omni ergo opere
modnm et temperamentū oportet habere. Nam omne qḋ
excedit periculoſum eſt: Sicut aqua que ſi nimios imbres
prebeat. non ſolum nullum vſum adbibet. ſed etiam pericu
lum exbibet)

# Finit liber ſecundus de ſummo bono ſancti Jſidori hyſpalenſis epiſcopi.

# Incipit liber Tercius.

## De flagellis dei. Ca. primū

DIuine ſapientie ſubtilitas ſicut interius
vt teſtis ſcrutatꝛ cõſcientias. ita exterius
vt iudex irrogat penas: vt verū ſit teſti
moniū Prophete: quia ipſe eſt teſtis et
iudex. Miſerere dñe miſero Iſidoro in
digna agenti et digna pacienti. aſſidue
peccanti et tua flagella quotidie ſuſtinēti. Ordinata eſt miſe
ratio dei que prius hic hoīem ꝑ flagella a peccatis emēdat.
et poſtea ab eterno ſupplicio liberat. Electus em̄ dei dolori
bus vite huius atteritꝛ vt ꝑfectioꝛ vite future lucretꝛ. Nequa
q̄ꝫ deus delinquenti parcit. qm̄ peccatorē aut flagello tꝑali
ad purgationē ferit. aut iudicio eterno puniendū relinquit.
aut ipſe in ſe homo penitēdo punit quod male admiſit. Ac
proinde eſt ꝙ deus delinquēti nō parcit. Iuſte temporalia
flagella ad eterna proficiūt gaudia. ideoqꝫ et iuſtus in penis
gaudere debet. et impius in proſperitatibus timere. Neqꝫ
iuſto neqꝫ reprobo deus miſericordiam et iuſticiā ſubtrahit.
Nam et bonos hic per afflictionē iudicat. et illic remunerat
per miſerationem. et malos hic remunerat per temporalem
clementiā. et illic punit per eternā iuſticiam. In hac em̄ vita
deus parcit impijs. et tn̄ non parcit electis. in illa vita parcit
electis. non tamē parcit impijs. Periculoſa eſt ſecuritas in
hac vita maloꝝ. et bonoꝝ dolor tranquillus. Nā iniquus
poſt mortē ducitꝛ cruciādus. iuſtus vero dormit poſt laborē
ſecurus. Non tm̄ de corꝑalibus paſſionibus. ſed etiam de
ſpiritalibus oportet intelligi. vt quāto quiſqꝫ aut in corꝑore
aut in mēte flagella ſuſtinet. tāto ſe in fine remunerari ſperet.
Sepe occulto dei iudicio extra flagelli correptionem ſunt
reprobi in hoc mūdo. dūqꝫ multa damnabilia cõmiſiſſe vide
antur. deſpecti tamē a deo nullo emendationis verbere fere
untꝛ. Plus corripitꝛ flagello qui a deo diligitꝛ ſi peccauerit.
dicēte Propheta: Tantūmodo vos cognoui ex omnibus



575

nationibus terre. idcirco viſitabo ſuper vos oēs iniquitates veſtras. Quē em̄ diligit dn̄s corripit. flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Ualde neceſſariū eſt iuſtum in hac vita et vitijs tētari et verberari flagello. vt dū vitijs pulſat̄. de virtutibus non ſupbiat. Dū vero aut animi aut carnis dolore atterit. a mūdi amore retrahat̄. Tentari aūt oportet iuſtū. ſed tentatione plage. nō tentatione luxurie. Durius circa ſuos electos in hac vita deus agit. vt dū fortioribus flagelli ſtimulis feriunt̄. nulla oblectamenta preſentis vite delectēt. ſed celeſtē patriā vbi certa requies expectat̄ indeſinent̄ deſiderēt. Electos vite iſtius aduerſitate ꝓbari. vt ſecundū Petrū iudiciū a domo dei incipiat. dum in hac vita electos ſuos deus iudicij flagello caſtigat.

## De gemina percuſſione dei Capitulum ij.

Gemina ꝑcuſſio eſt diuina. Una in bonā partē qua ꝑcutimur in carne vt emēdemur. Altera qua vulneramur in cōſcientia ex caritate vt deū ardentius diligamus. Gemino more deus reſpicit vel ad veniam vel ad vindictā. Ad veniā ſicut Petrū. ad vindictā ſicut dū facta ſodomorū ſe deſcenſurū et viſurū teſtatur. Trimoda ratione deus quos voluerit ꝑcutit id eſt ad dānationē reprobos. ad purgationē quos errare videt electos. ad ꝓpagandā meritorum gloriā iuſtos. Primo nāq modo egyptus ceſa eſt ad dānationē. Secūdo modo pauꝑ Lazarus ad purgationē Tercio mō ꝑcuſſus eſt Job ad ꝓbationē. Flagellat̄ homo plerūq a deo ante peccatū ne malus ſit. vt Paulus qui ſathane angelo inſtigāte carnis tolerabat ſtimulos. Fagellat̄ etiā et poſt peccatū vt corrigat̄. ſicut ille in apoſtolo qui traditus eſt ſathane in interitū carnis vt ſpūs ſaluus eſſet. Non tamē iuſte murmurat etiā qui neſcit cur vapulat. Nā deus ideo plerūq iuſtū flagellat. ne de iuſticia ſupbiēs cadat. In hac vita deus tātomagis ſtudet vt parcat. quāto magis expectando flagellat. Sed alios feriendo corrigit. alios vero feriēdo interficit. Feriēdo namq corrigit. de quibus dicit:

Ego quos amo arguo et caſtigo. alios feriẽdo pimit. quos incorrigibiliter delinquẽtes aſpicit quoſq; nõ iã ſub diſcipli na vt filios pater ſed diſtricta dãnatione vt hoſtes et aduer ſarios pcutit. De quibus dicit: Flagello inimici percuſſi te. caſtigatione crudeli. Et iterũ: Quid clamas ad me ſup cõ tritione tua. inſanabilis eſt dolor tuus. Vñ vnuſqſq; feſtinet et timeat ne ſimul feriat vita eius cum culpa. Flagellũ nãq; tũc delet culpã cũ mutauerit vitã. Nã cuius mores nõ mu tat. actiones nõ expiat. Omnis diuina pcuſſio aut purgatio vite preſentis eſt. aut iniciũ pene ſequẽtis. Nã quibuſdã fla gella ab hac vita inchoant et in eterna pcuſſione perdurant. Unde p Moyſen dñs dicit: Ignis exarſit in ira mea et ar debit vſq; ad inferos deorſum. A quibuſdã dici ſolet: Non iudicat deus bis in idipm. qui tñ nõ attendũt illud qd alias ſcriptũ eſt: Jeſus populũ de terra egipti liberãs. ſecũdo eos qui nõ crediderũt pdidit. Quãuis em̃ ſi vna culpa bis non percutit. vna tñ pcuſſio intelligit. que hic cepta illic pficit vt in his qui omnino nõ corrigunt. pcedentiũ pcuſſio flagello rum. ſequentiũ ſit iniciũ tormẽtorũ. Hinc eſt qd in Pſalmo ſcribit: Operiant ſicut diploide cõfuſione ſua. Diplois em̃ duplex veſtimentũ eſt. quo figuraliter induunt qui et tpali pena et eterna damnant. Unde et Hieremias ait: Cõtritio ſup cõtritionẽ id eſt gemina dãnatio. et hic et in futuro ſecu lo. Et idẽ alibi: Duplici cõtritione cõtere eos. id eſt gemina pena. pñti ſcilicet et futura. Quibuſdã ſecreto dei iudicio hic male eſt. illic bene. ſcilicet vt dũ hic caſtigati corriguntur. ab eterna damnatione liberentur. Quibuſdam vero hic bene eſt. illic male. ſicut diuiti illi accidit. qui hic potentie claritate conſpicuus. poſt mortem gehenne incendijs tradit crucian dus. Porro quibuſdam et hic male et illic male eſt. quia cor rigi nolentes. et flagellari in hac vita incipiunt. et in eterna percuſſione damnantur. In tanto quoſdam inmergi deſpa rationis profundo vt nec per flagella valeant emendari. De quibus recte per Prophetam dominus dicit: Fruſtra per cuſſi filios veſtros. diſciplinam non receperunt. Plerumq; iuſtus plangit q2 neſcit vtrum p oibus ſuis peccati pſentia



57b

patiaꝛ flagella. an pro vno tm̄. et neſcit que ſit culpa illa pro qua meruit eiuſmodi pati ſupplicia. et ꝓ ipſo ambiguo max ime in merore verſaꝛ. Quãuis flagella pn̄tia iuſtū a peccatis abſoluunt. ad huc tn̄ ſub metu vindicte turbaꝛ ne inſtantes ei plage nō ſufficiant ad purgãda delicta. Proinde ergo dū preſentia patiꝛ et futura per timeſcit. quodãmodo ſicut ait Propheta: pro ſuis peccatis duplicia recipit.

## De infirmitate carnis. Capitulum iij.

Eſſe nōnullos eiuſdē qualitatꝫ hoīes qui neſciant corrigi niſi alios viderint flagellari. ſicqꝫ proficiūt cōparatione maloꝝ. dum ſibi id accidere timēt in quo deperire alios vidēt. Quoſdã deus videns nolle ꝓprio voto corrigi. aduerſitatū tãgit ſtimulis. quoſdã etiã preſciēs multū peccare poſſe. in ſalutē flagellat eos corꝑis infirmitate ne peccent. vt eis vtilius ſit frãgi languoribus ad ſalutē aīe. qꝫ manere incolumes ad dãnationē. Uiſitatio dei nec ſꝑ in bonū accipiꝛ. nec ſemꝑ in malū. In bonū eīm accipiꝛ. ſicut eſt illud: Uiſita nos ī ſalutari tuo. In malū ṽo. iuxta illud: In tꝑe viſitationis ſue peribūt. Tribus ex cauſis infirmita tes accidūt corꝑi. id ex peccato. ex tētatione. ⁊ ex intēperantie paſſione ſed huic tm̄ nouiſſime humana p̄t medicina ſuccur rere. illis ṽo ſola pietas diuine miſericordie. Qui valētiores ſunt et ſani. vtile eſt illis infirmari et nō peccare. ne ꝑ vigorē ſanitatis illicitis ſordidenꝛ cupiditatū et luxurie deſiderijs. Duricia que mentē premit nec ſentiꝛ. vtiliter mutaꝛ in carne vt ſentiꝛ atqꝫ intellecta emēdetur. Nã citius vulnera carnis ſentiunꝛ qꝫ anime. ideoqꝫ ꝑ carnis flagella errãtes citius cor riguntꝛ. Hoc quippe indicãtꝛ ī Pauli oculis ſquame in fide litatis que dum mutate ſtꝫ ꝑ in crepationē in ocnlis carnis. cōfeſtim reſoluta eſt duritia mentis. Eſt ꝑnitioſa ſanitas q̄ ad inobedientiam hoīem ꝑducit. Eſt et ſalubris infirmitas que ꝑ diuinã correptionē mentē a duricia frangit. Lãguor animi. id eſt peccatoꝝ infirmitas ꝑnitioſa eſt. de qua etiam Apoſtolus ait: Quis infirmatur et ego nō infirmor? Quis

ſcandalizatur et ego nō vror? Nam infirmitatem carnis vti lem eſſe idem Apoſtolus aꝓbat dicens: Quando infir mor tunc fortior ſum.

## De tollerantia diuina cor reptionis. ¶Capitulum iiij.

